



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Decimvmqvtartum. De efficacia Sacrosanctæ Eucharistiæ ad
profectum spiritualem in virtutibus, eam frequentantibus conferendum, &
de impedimento profectus, & de ijs in quibus per eius vsum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

N I C O L A I
L A N C I C I I
E S O C I E T A T E I E S V
O P V S C V L V M S P I R I T V A L E
D E C I M V M Q V A R T V M,

De efficaciâ sacrosanctæ Eucharistiæ ad profectum spiritualem in
virtutibus, eam frequentantibus conferendum, & de impedi-
mento profectus, & de iis in quibus per eius vsum proficere debe-
mus.

I N D E X C A P I T V M
H V I V S O P V S C V L I.

<i>Prima Eucharistia utilitas, in quantum eius susceptio est opus bonum.</i>	CAP. I.	<i>Eucharistia passiones frenat.</i>	CAP. IX.
<i>Eucharistia nobis prodest, in quantum est Sacramentum nouæ legis.</i>	CAP. II.	<i>Eucharistia prodest corporibus variis modis.</i>	CAP. X.
<i>Eucharistia prodest, prout in se continet Deum & hominem Christum Iesum.</i>	CAP. III.	<i>Eucharistia excitat deuotionem & feruorem.</i>	CAP. XI.
<i>Eucharistia prodest per modum cibi.</i>	CAP. IV.	<i>Eucharistia Deo nos vnit.</i>	CAP. XII.
<i>Eucharistia etiam per species Sacramentalis prodest.</i>	CAP. V.	<i>Cur ex usu Eucharistiæ non proficiamus.</i>	CAP. XIII.
<i>Eucharistia vnit carnem nostram carni Christi.</i>	CAP. VI.	<i>Quibus in rebus profectus noster per vsum Eucharistiæ apparere debeat.</i>	CAP. XIV.
<i>Eucharistia iuuat nos in quantum est sacrificium.</i>	CAP. VII.	<i>Quæ preparatio præmittenda sumptioni Eucharistiæ.</i>	CAP. XV.
<i>Eucharistia excitat in nobis actus bonos.</i>		<i>Quid faciendum post communionem.</i>	CAP. XVI.

Index rerum præcipuarum huius opusculi ponetur ordine alphabeti in
fine totius tomi.

P R O O E M I V M.

I.
de casto
con. c. 24.



Beneficium eximium in SS. Eucharistiâ nobis collatum, nec humanus valet explicare sensus, vt ait B. Laurentius Iustinianus, neque Angelicus intellectus, sed solus ille notuit, qui solus voluit & potuit facere in eo tanta ac talia, vbiq; omnipotens, vbiq; gloriosus. Quid enim se maius dare potuit se fecerat fratrem, se ad humana inclinauerat natura consortium. Parum se iudicauit

egisse, nisi etiam se daret in cibum, nostra prouidens ignauia, cum nobis sic voluit esse propinquus. Ideo ob illud, vt Deus dixit S. Catharinæ Senensi, cor vniuscuiusque creatura rationalis, ex amore solui deberet, quo Deus nos afficit, dando nobis suum Corpus & Sanguinem in SS. Eucharistiæ Sacramento: idque vt ait S. Theodorus Studita, nos curâ profectus præsecratæ matrem ac nutrice: nam mater lacte aliquando alit infantem, hic verò noster herus & pater, suum Corpus

CAPVT PRIMVM.

Prima Eucharistie utilitas, in quantum eius susceptio est opus bonum.

Primum enim valde nostrum spiritum dicitur, in quantum eius susceptio est quoddam opus bonum. Scimus omnibus bonis operibus quemlibet iustum acquirere statim internum & reale augmentum gratiae sanctificantis, virtutumque Theologicarum & Moralium infusarum, & septem donorum Spiritus sancti, vti probabilius docent Theologi Classici, quos sequitur & citat Henricus Suar. Valq. & fauet S. Henricus Thomas, qui sic loquitur: *Singulis bonis voluntariis, verbis factis & exemplis iustam mercedem restituit pro quantitate caritatis.* Et alius in locis. Et colligitur ex Matth. 10. versu ultimo. *Quicumque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquae frigidae, tantum in nomine discipuli, Amen dico vobis non perdet mercedem suam.* Et, *scientes quoniam vnusquisque, quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino sive seruus sive liber.* Eph. 6. vers. 8. Et indicat Concilium Tridentinum. *Si quis dixerit iustitiam acceptam non conferuari, atque etiam augeri coram Deo, per bona opera, anathema sit.* Et can. 26. *Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus, quae in Deo fuerint facta, ac proinde etiam si sint remissa & non magis intensa, quam sit habitus virtutis dum operatur, nec per subsequentia opera bona intensa magis compleatur, & dignificatur expectare & sperare aeternam retributionem à Deo, per eius misericordiam & Iesu Christi meritum, si bene agendo, & diuina mandata custodiendo (quod etiam per remissa opera & habitibus virtutum minus intensa praestatur) vsque in finem perseuerauerit, anathema sit.*

Quis autem nisi haereticus dubitet, susceptio- nem SS. Eucharistiae sine conscientia peccati mortalis factam, opus esse valde bonum? quocirca eius sumptio prodest valde nostro spiritui, per augmentum gratiae & virtutum, & donorum Spiritus sancti, praesertim cum in eius susceptione multa bona opera interna & externa inueniantur. Elicuntur enim in ea actus Fidei, de praesentia Christi mirabili in Eucharistia: de transubstantiatione panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi &c. item actus Spei, caritatis, religionis, humilitatis, poenitentiae, amoris erga Deum, gratitudinis, quibus singulis respondet peculiare augmentum dinitiarum internarum, quae in spiritu nostro crescunt. dum in illo augentur, cum gratia iustificante, virtutes & dona septem Spiritus sancti, quae S. Thomas contra Scotum putat esse à virtutibus diuersa.

& Sanguinem in cibum & potum imperitur, idque perpetuo, & in quo, Saluator noster, vt ait Concilium Tridentinum, diuitias diuini sui erga homines amoris, velut effudit. Prorogatum est enim tibi, inquit B. Laurentius Iustinianus, in cibum, in confortium, in praesidium, in remedium, in solatium, in gaudium. & post hanc peregrinationem promissum in praemium. Qui enim se nobis hic manducandum dedit, ait S. Chrysostolus l. 95. quid suum denegare poterit in futurum? & qui tantum nobis viaticum preparauit ad vitam, quid in illa nobis perpetua mansione non parabit? Vt ob hanc effusionem sui, quae se totum nobis dedit per modum cibi, possit apertari illud Tertulliani dictum de SS. Eucharistia: *Christus in sacramentis propriis eger mendicantibus Creatoris.* Effudit se enim, & quali inops factus & mendicus, non habens aliud sibi aequale, quod det, tum, vt homo, quemadmodum ibidem loquitur Concilium Tridentinum, tantum amplius Deum diliget, & frequentius eius beneficia recoleret, quoties, nunc eius Corpus in altari immolatur (vt inquit Christus lib. 1. Reu. S. Brigittae c. 17. tum, vt cooperetamur diuinae caritati, quae eundem in hoc Sacramentali aduentu finem habet, quem habuit in primo aduentu in carne. Quae de re S. Bernardus sic ait: *Aduentus eius causam & verba ipsius, & opera clamant: ad quarendam quippe ouem censuram qua errauerat, de montibus properauit, & confiteatur mansuetus Domino misericordiae eius filius hominum, propter nos venit. Mira quarentis Dei dignatio, magna dignitas hominis sic quaesiti, in qua si gloriari voluerit non erit insipiens, non quod aliquid esse videatur, à se ipso, sed quod tanti eum fecerit, ipse qui fecit. Omnes enim diuitia, omnis gloria mundi, & quidquid in ea concupiscitur, minus est ad hanc gloriam, imò nec est aliquid in eo, comparatione eius. Domine, quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? meretur ergo, vt aliqua circa hoc beneficium consideremus nobis profutura. Tria autem possumus in hoc admirabili diuinae caritatis beneficio ponderare. Primum, quantam vim habeat SS. Eucharistia ad nos spiritualiter iuuandos, per eximios effectus quos confert bene dispositis, & promouet ad insignem in vita spirituali profectum. Secundum, quid caula sit, quod illam tam saepe sumentes, non tamen ita proficiamus vti possemus. Tertium, quae in re potissimum per tam frequentem SS. Eucharistiae susceptionem, proficere debeamus. Porro dum in hoc Opusculo effectus SS. Eucharistiae commemorabo, loquar de iis, prout ab ea partim tanquam Sacramento, partim tanquam sacrificio procedunt; Relinquens Scholasticis, vt assignent eos effectus, qui Eucharistiae proprie vt Sacramento, conueniunt, & qui tanquam sacrificio.*

CAPVT SECVNDVM.

Eucharistia nobis prodest, prout est Sacramentum nouæ legis.

Secundo prodest spiritui nostro SS. Eucharistia, in quantum est Sacramentum nouæ Legis, secundum communem raritatem aliis Sacramentis nouæ Legis, quæ ritè suscepta produciunt in anima immediatè varios spirituales effectus, tanquam causæ secundariæ, & instrumenta diuinæ potentia & bonitatis. Et quoniam multi, qui hæc legunt, Theologia non dederunt operam, commemorabo breuiter quæ Theologi solius differunt, de effectis Sacramentorum nouæ Legis. Erunt enim hæc vsui ad cognoscendum erga nos Dei liberalitatem, & ad magni faciendam, & ideo frequentandam piè ac religiosè susceptionem Sacramentorum.

Primò ergo Sacramenta nouæ Legis ritè suscepta, non tantum significant, vt solùm significabant Sacramenta Legis veteris omnia, sed verè ex opere operato, vt loquuntur Theologi, vel physice, vt docent aliqui Theologi, vel saltem moraliter, produciunt gratiam sanctificantem in anima. Quod est dogma Fidei definitum à Concilio Florentino & Tridentino. Quam quidem gratiam produciunt, vel primam omnino, si suscipiantur à peccato mortali coinquinatis (vt Baptismus & penitentia conferre solent) vel augmentum præcedentis gratiæ, vt fit in iustis ad Sacramenta ritè accedentibus, & quidem præstantiore modo augent gratiam, quam alia nouæ Legis Sacramenta. Nam, vt benè docet Cardinalis de Lugo de Sacram. Euchar. disp. I. sect. 2. n. 7. Licet omnia Sacramenta re ipsa augeant gratiam, si inueniunt subiectum gratum: hic tamen effectus augendi gratiam, est proprius Eucharistia in sensu formali, hoc est, per se, & ex vi propria significationis. Nam baptisimus, per se potius tendit ad generationem spiritualem, vt constat: Penitentia item ex se significat reconciliationem & remissionem peccati. Extrema vniuerso tendit ad perfectam sanitatem à reliquiis peccatorum. Ordo ad rectum Ordinis vsu: sicut Matrimonium ad dandas vires, quibus eius onera laudabiliter portantur: Confirmatio ad dandas vires & robur ad fidei confessionem. Quare non primariò sed secundariò respiciunt gratiam in ordine ad proprios singulorum fines. At verò Eucharistia, quæ est cibus anima per se, & ex vi propria significationis ordinatur ad augendam substantiam vite spiritualis, sicut cibus materialis ordinatur ad augendam vitam & substantiam corporis: respicit ergo immediatè & per se ipsum augmentum gratiæ, quod nulli ex aliis Sacramentis conuenit. Quanquam per accidens, etiam primam gratiam produciat Eucharistia, si quis peccator, bonâ Fide, non putans se esse in peccato mortali, sed in gratia, & ad peccatum mortale non

habens affectum, & præmissò dolore ac detest. S. Th. statione omnium peccatorum, existimans se esse. P. q. 7. d. 3. & q. 7. d. 2. a. 4. d. 1. Theologi communiter, & B. Laurentius Iulianus docens hoc Sacramentum, à peccatis mundare, impium iustificare. Meritò ergo S. Theodorus Studita Christum vocat, *scelerum nostrorum placamentum*. Et B. Laurentius Iulianus. *Reparari & alij ait in homine per eius sumptionem quicquid vitiorum eo citius impulsu collapsum est. Est enim Corpus Domini in fructu mantibus recuperanda salutis antidotum, prostratis erectionis auxilium*. Ideò meritò B. Apollonius Abbas in vitis Patrum celebris, *monerat, vt (si fieri posset) quotidie Monachi communicarent mysteria*. *Christi, ne forte à qui se longe facit ab his, longe fiat à Deo. Addebat autem his, quod etiam remissio peccatorum per hæc credentibus datur. Caro Christi, inquit S. Ildorus Pelusiota, nunc à nobis editur, vitiorumq; remissionem asserit. Et S. Epiphanius episc. ad Ioan. p. 44. Hierosol. sacrificium offerre dicebat esse, precipuum salutem Christianorum. Quod etiam alia Sacramenta nouæ Legis, eodem modo ea suscipientibus præstare docet S. Thomas. Meritò etiam Iulius Papa in cap. *Cum omne crimen, de consecrat. dist. 2. Omne, inquit, crimen atque peccatum oblati Dei sacrificiis deletur*. Quocirca meritò S. Ignatius M. vocat Eucharistiam *Pharmacum immortalitatis, mortis antidotum, vitamq; in Deo concilians per Iesum Christum, medicamentum purgans vitii, & omnia pellens mala*. Et S. Greg. l. 4. dial. c. 38. *Hæc singulariter victima ab æterno interitu animam saluat, quæ illam nobis mortem vniuersi per mysterium reparat*. Et S. Iustin. Mart. quæst. 44. ad Orthodox. carbonem quem vidit Isaias, pollutis labiis suis ad motum purgandarum fordium causâ, significationem aut habuisse carnis Domine, conscientiam, eâ vescentem, ab omni impietate purgantem. Meritò ergo S. Angustinus ait, *Christum fecisse egrotis, de se ipso medicamentum*. Immo mirabilis res est, quod Christus Dominus S. Brigittæ dixit ad propositam quæstionem: *An populus qui audiebat Missas, & recipiebat Sacramenta à non ordinato & se esse Sacerdotem fingente, sit damnatus aut mortaliter peccabat? Spondeo, inquit tibi, quod nequaquam damnatus est, sed fides audientium saluauit eos, quia credebant eum ab Episcopo ordinatum, & me esse in manibus eius in altari. Credo dictum, quod saluauit eos, ne peccarent sic suscipiendo Sacramenta, nam prodesse eis Missa non potuit, in qua Christi Domini Corpus non fuit, nequam erant idololatæ. Quidquid autem sit de productione primæ gratiæ, quam negant aliqui, certissimum est, primam augeri in iustis per Sacramenta ritè suscepta, & quidè ita, vt hunc effectum non impediant etiam peccata venialia, cum quibus antea commissis, & nondum ex anima deletis, homo venit ad suscipiendum Eucharistiæ Sacramentum, quod delet etiam illa, quæ committit in ipsa susceptione**

ceptione Sacramenti, vt docet S. Thomas a. Et Scotus b. Et idem sentunt frequentius Theologi, Sotus, Corduba, Victoria, Vasquez, Henriquez Valentia, Suarez, Tanner & Marsilius, quicquid dicat in contrarium Caietanus q. 79. a. 1. afferens non solum propter veniale peccatum, sed etiam propter actualem quamlibet distractionem impediri augmentum gratiae in Eucharistia susceptione. Quem effectum etiam ad alia Sacramenta extendit Petrus Sotus lect. 9. de Sacramentis in genere. Hinc patet Eucharistiam dum suscipitur, producere gratiam sanctificantem, seu augere productam. Idem autem dicendum est, de productione vel augmento virtutum omnium infusarum, & doctorum Spiritus sancti de quibus infra dicitur; producere, inquam, seu augere gratiam, meliore modo, quam producat vel augetur in iusto, per bona opera supernaturalia, quae facit. Si enim iustus bonum aliquod opus operando, peccet venialiter, & illo peccato & operis illius finis vel modus operandi inficiatur, non meretur tunc propter opus illud bonum vllum augmentum gratiae: at si Eucharistiam suscipiendo aliquis in ipsa sumptione peccet venialiter v.g. communicando ob vanam gloriam, recipit nihilominus effectum Eucharistiae & augmentum gratiae. Quod ita verum est, vt Tanner loco citato num. 63. dicat & probet, ne quidem actualem deuotionem & attentionem requirit, ad consequendum augmentum gratiae, in susceptione Eucharistiae, sed tantum ad consequendam actualem refectionem spiritualis dulcedinis, vt ait S. Thomas loc. cit.

Secundo, per Eucharistiam ritè susceptam, vti & per alia Sacramenta nouae Legis, praeter gratiam sanctificantem, producuntur in anima vel augentur virtutum Theologicarum tres habitus supernaturales, Fidei, Spei & Charitatis.

Tertio, producuntur similiter omnes alij habitus supernaturales, virtutum infusarum, qui vocantur morales, & sunt distincti à virtutibus naturalibus acquisitis, qui crescunt in homine, & effectiue producuntur à similibus actibus bonis, quos elicit homo operando ob honestatem naturalem apprehensam lumine naturalis rationis, in obiecto aliquo honesto & bono, honestate cognitionem naturalem non excedente. Tales habitus infusi Virtutum moralium sunt habitus, religionis, fortitudinis, prudentiae, iustitiae, temperantiae, sobrietatis, humilitatis, obedientiae, castitatis, paupertatis, poenitentiae, dilectionis proximi, patientiae, studiositatis &c.

Merito ergo exclamat B. Maria Magdalena de Pazzis. Animam suscepta Eucharistia posse dicere, Consummatum est: quia in hoc caelesti cibo omnia bona continentur: quia Christus in a-Lancij Opusc. Tom. 2.

nima producit omnes virtutes & dona & gratias, aded vt nihil plus desiderare possit, quia in eo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei.

Quarto, per Eucharistiam & alia Sacramenta producuntur septem dona Spiritus Sancti, quae enumerantur ab Esaia, scilicet, Sapientia, Intellectus, Scientia, Consilium, Fortitudo, Pietas, Timor Domini. Et idem infunduntur à Deo, inquit S. Thomas, vt homo per ea tanquam perfectiones quasdam, & tanquam per habitus quosdam disponatur & perficiatur ad promptè obediendum Spiritui S. & bene sequendum instinctum Spiritus S. Suntque distincta prorsus ab alijs habitibus virtutum infusarum, quemadmodum (licet id neget Scotus) ostendit S. Thomas, loc. cit. dicens ea excludi ex anima, si excludatur caritas, & hac adueniente aduenire omnia. Cum ergo magnae sint efficaciae haec dona Spiritus S. & suos effectus miris in anima producant, vt fuse prosequitur S. Gregorius, maximoperè confert SS. Eucharistia ad magnum in vita Spirituali profectum.

Quinto, SS. Eucharistia, vt Sacramentum nouae legis, prodest ad vitae spiritualis profectum, quia delet peccata venialia, cum quibus iustus antea commissis accedit ad Eucharistiam eamque suscipit sine affectu ad illa, etiam si suscipiendo Eucharistiam noua venialia committeret in ipsa eius susceptione. Ita docet cum alijs Theologis S. Thomas. Et Concilium Tridentinum hoc Sacramentum ait esse antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis. Sanguis Christi, inquit Deus Pater S. Catharinae Senensi, est veluti salubre balneum ad abluendas tuas & aliorum iniquitates. Et S. Thomas Opusculo 54. capite 24. ait, virtute corporis Christi fideles incomparabiliter à macula peccatorum emundari. Et Fulgositus Carnanensis Epistol. 1. ait, Deum prouidisse nobis sacrificij placabilis expiamenta aduersus quotidianos vitia nostra lapsus. Panis iste substantialis, ad totius hominis vitam salutemq; proficit, inquit S. Cyprianus, simul medicamentum & holocaustum, ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens: haec sunt nostrae infirmitates. Corpus autem Christi in Eucharistia appellatur apud S. Brigitt. à Deipara, fortissimum & suauissimum emplastrum, de quo citius conualescunt infirmi. Verbum paternum, inquit Clemens Alexandrinus, solum est humanarum aegritudinum Peonius medicus, & sanctus agrote anima incantator. Et infra: medetur animae, praecipis, donisq; ac gratis. Sed praecipis quidem & monitus ut facere dissent (quia inquit Gentianus Heruetus, praecipis non fit tam prompta curatio propter eorum qui audiunt vel tarditatem vel peruersitatem; sed prompta & expedita est, quae fit per dona curatio, vt cum subito remittuntur peccata) donis autem & gra-

de Sacr. *tius diues; dimittuntur sibi peccata tua, nobis dicit peccatoribus.* Et Innocentius III. per Eucharistia Sacramentum eripit nos Deus à voluntate peccandi. Nam Eucharistia si dignè sumatur, à malo liberat, in bono confirmat, venialia delet, mortalia cauet. Christi habitatio, inquit S. Paulinus, peccatum foras mittit, & pulsi serpentis exilium est. Imò etli peccent mali cam sumendo, tamen Christus quærenti Diabolo, cur malos admittat ad sui perceptionem? respondit, *Ex eo quòd possunt hoc corpore meo sumpto, si volunt, personaliter mutare voluntatem & conuertri.* S. Bernardus ait: Hoc Sacramentum, minuit sensum in minimis, & in grauioribus tollit omnino consensum. Si quis vestrum non tam sapè modo, nec tam acerbos sentit iracundia motus, inuidia, luxuria, aut ceterorum huiusmodi, gratias agat corpori & sanguini Domini: quoniam virtus Sacramenti operatur in eo. Quomodo autem remittat, explicat S. Thomas: Hoc Sacramentum peccata venialia remittit, & quoad rationem Sacramenti, vt Sacramentum est, & quoad rem Sacramenti, scilicet quoad caritatem, non solum quoad habitum, sed etiam quoad actum, qui in eo excitatur, & per quem ea soluntur. Porro vt Eucharistia sumentis eam, peccata venialia remittit, nihil aliud opus est, vt ait Saarius & Vasquez, nisi vt sumens sit in statu gratiæ, & non habeat affectum ad illud peccatum quod remitti vult. Alij tamen, cum S. Thoma & S. Bonaventura aiunt per Eucharistiam peccata venialia remitti, per adiunctam attritionem, vel excitando feruorem caritatis, & actum caritatis. Et hoc certius est.

Magna autem hæc est SS. Eucharistiæ vtilitas ad spiritualem profectum, quia hunc peccata venialia valdè impediunt, vt experientia probamus, & docent Sancti cum S. Thoma, vt ostendi in Opusculo de gradibus & indiciis profectus.

11. *Sextò,* Eucharistia vt Sacramentum, abolet pœnas temporales iusti, in hac vità vel in purgatorio luendas, non quidem omnes, nec ex opere operato (vt culpas) sed iuxta quantitatem deuotionis & feruoris cum quo offertur vel suscipitur, vt docet cum Theologis S. Thomas. Animus autem obligatione pœnarum affectus, non est ita aptus ad diuina dona percipienda, sicut ab illa liber: quia qui ab illis liber est, est magis acceptus oculi Dei, ideoque si in tali statu moreretur, statim & immediatè talis iustus admitteretur ad cœlum ad beatificam Dei visionem.

12. Neque tantùm communicantes liberat, & sacrum celebrantes ab obligatione pœnarum, sed etiam eorum animas, pro quibus sacrum vel communio nostra offertur, vt docet S. Ecclesia verbis, & suâ praxi; & in quodam raptu intellexit diuinitus B. Maria Magdalena de Pazzis.

13. *Septimò,* Eucharistia prodest vt Sacramentum ad vitæ Spirituales profectum, quia propriam

quandam gratiam Sacramentalem à supradictis effectibus diuersam producit seu causat. Ita cum Theologis omnibus docet S. Thomas. Quæ gratiæ Sacramentales in singulis Sacramentis diuersæ sunt, vt & fines diuersi, ad quos à Sacramentis dantur. Vnde Concilium Florentinum ait, per Baptismum nos renasci spiritualiter, per Confirmationem robotari in fide, nutriti per Eucharistiam, per Ordinem gubernari Ecclesiam, & multiplicari Spiritualiter, per Matrimonium corporaliter augeti.

14. Porro has gratias Sacramentales meliores Theologi docent esse idem essentialiter cum gratia iustificante, sed accidentaliter differre, vt ordinem ad peccatum aliquem effectum, & ad diuersa auxilia gratiæ quæ superaddunt, postea danda homini intuitu illius ad consequendum finem proprium Sacramenti, ad quæ talis gratia per tale Sacramentum collata fuit, vt docet S. Thomas, docens gratiam Sacramentalem addere super gratiam communiter dictam, & super virtutes & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendum Sacramenti finem. Et ad primum ait: In gratia virtutum & donorum sufficienter perfici essentiam & potentias animæ, quantum ad generalem Ordinationem actuum animæ: sed quantum ad quosdam speciales effectus, qui requiruntur in vita Christiana, requiri Sacramentalem gratiam. Tunc autem in actu secundo dari gratias Sacramentales, prout significant auxilia specialia, docent Theologi, quando est tempus opportunum, ad exercendum actum, ob quem dantur, & tunc dantur infallibiliter, si pro eo tempore homo obicem non ponat. Quàm latè autem pateat efficacia Sanctissimæ Eucharistiæ ad producidos suos effectus in anima, docet S. Thomas. Effectum, inquit, quem Passio Christi fecit in mundo, hoc sacramentum facit in homine. Pondera hoc. Meritò ergo S. Ambrosius ait: Vt nullus horror crucioris sit, (vti fuit in Cruce, dum Christus pendendo & moriendo nos redimeret) pretium tamen operetur Redemptionis. Vnde apparet, quàm mirabilis sit efficaciæ SS. Eucharistiæ, ad exitium in nobis vitæ Spirituales profectum, & cum quanta dispositione sit à nobis hoc Sacramentum suscipiendum, vt plus vigoris ex eo in animam nostram deriuetur. Quamuis enim Sacramenta æqualem effectum producant in subiecto æquè disposito, maiorem tamen in eo, qui est magis dispositus, vt communiter docent Theologi cum Suario 3. par. qu. 62. a. 4. disp. 7. 15. & colligitur ex Concilio Tridentino, dicente, nos iustificari, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam secundam mensuram quam Spiritus S. partitur, singulis prout vult, & secundum propriam vnusquisque dispositionem, & cooperationem. Dispositiones sunt, præuia confessio peccatorum mortalium necessaria sub peccato mortali. Finis bonus in suscipienda SS. Eucharistia, reuerentia & Sacramenti adoratio, attentio, deuotio per

de Sacr.

ep. 29. ad Aprum. primâ.

1. 2. Reu. S. Brig. cap. 1. f. 1. de cœna Dom.

3. p. q. 79. a. 4.

f. 3. p. q. 79. disp. 63. sect. 10. S. Sed. quares. Vide pœnit. q. 87. a. 3. n. 7. Th. 3. p. q. 79. a. 4. B. 4. d. 12. par. 2. a. 1. q. 3. Pet. Soto lect. 10. de Euchar.

11. 3. p. q. 87. a. 1. ad 1.

12.

3. p. q. 79. a. 5.

Trid. c. 22. c. 1. & can. 3. 2. par. vit. cap. 13.

13.

actus virtutum demonstrata ante Communionem, relata ad bene communicandum, & cum Communionem ipsa continuata, præsertim pium desiderium Eucharistiæ, de quo infra dicitur numero 61. Hæc autem maior dispositio, & cooperatio, potissimum consistit, ex sententia Suarez & aliorum vitæ spiritualis Magistrorum, in actuali devotione suscipientis Sacramentum, quæ mutatur moraliter à maiori gratia habituali qua est is, qui Sacramentum suscipit, in quantum gratia præexistens, facit actualem dispositionem maioris valoris & dignitatis. Sicut enim æqualis valoris donum, magis gratum est Regi, si offeratur à personâ magis ei carâ, ita & Deo magis grata est illa susceptio Sacramenti, & magis prodest suscipienti, si is sit magis Deo carus antea, cæteris paribus. Conemur ergo esse Deo quàm carissimi, & quam deuotissimè accedamus ad SS. Eucharistiã, vt per eam valdè proficiamus.

Quandò, Eucharistiã vt Sacramentum præseruat eam suscipientes, à peccatis mortalibus, vt ait Concilium Tridentinum. Præseruat autem ab illis iustos, hisce modis, vt docet Cardinalis de Lugo.

Primo, quatenus confert abundantem gratiam gratum facientem, vnde S. Ioannes Chrysostomus, Sanguis, inquit, Christi quamprimùm accipit animam irrigat, vt quadam magnâ imbuit, & nobilitatem animæ, quam semper irrigat, & nutrit, languescere non sinit.

Secundo, quatenus virtute huius Sacramenti anima spiritali dulcedine delectatur, & quodammodo inebriatur, sicque minus sensibilis ad tentationes.

Tertio, quatenus hoc Sacramentum fugat demones, qui concupiscências inordinatas, ad peccatum mortale trahentes, solent excitare Sic S. Chrysostomus, Hic Sanguis, inquit, Demones procul pellit, qui cum Dominicum Sanguinem in nobis videmus fugam vertuntur. Quæ de re infra nu. 46. plura dicentur.

Quarto, quatenus qui recipit hoc Sacramentum accipit speciale lumen à Deo, quo lumine mediante præui motus ac tentationes minuuntur & sopiuntur. Vnde S. Damascenus monet, vt lumine ignitam Eucharistiæ carbonem sumamus, vt illuminet corda nostra, & participatione diuini ignis igniatur & deificemur. Et S. Vincentius ait, hunc cibum sanare intellectum, contra errores & fallas opiniones; voluntatem contra mala desideria; memoriam contra obliuionem beneficiorum Dei, sanare os ad vitanda mendacia &c.

Quinto, fit hæc præseruatio diminuendo fomitem, & impediendo, vel debilitando motus carnis, excitandoque cõtrarios. Sedat, inquit Cyrellus, scilicet membra nostrorum legem pietatem corroborat, perturbaciones animi extinguit.

Sexto, fit hæc præseruatio mediantibus bonis

inspiracionibus, & affectibus, quibus excitamur ad non peccandum, qui pij affectus & auxilia; intuitu & ex vi huius Sacramenti conferuntur à Deo.

Septimo, præseruationem hanc ipsa realis & intima Christi Humanitatis & Diuinitatis præsentia, quam adfert sacra Communio, arcet peccata; non quidem infallibiliter, quia liberam electionem voluntati nostræ relinquit.

CAPVT TERTIVM.

Eucharistiã prodest, prout in se continet Deum & Hominem Christum Iesum.

Tertio, prodest nobis SS. Eucharistiæ susceptio, ad spiritualis vitæ profectum, non tantum vt est opus bonum, non tantum vt est Sacramentum, de quo nunc diximus, sed vt est tale Sacramentum, quia in se intrinsecè continet, & nobis dat ipsum fontem primarium omnis gratiæ & profectus spiritualis (quod alia Sacramenta non habent) siquidem Deum ipsum nobis dat per concomitantiam, dando corpus & sanguinem Christi Deo vnitum. Caro, inquit Tertullianus, corpore & sanguine Christi vestitur, vt & anima Deo saginetur. Quali Deo: respondet S. Leo, Cuius natura est bonitas, cuius opus misericordia. Tali Deo, quem S. Dionysius Areopagita appellat, fonteam Deitatem, ob effusam liberalitatem in communicandis suis donis. Tali Deo, qui, vt ait S. Chrysostomus, Benignus est, & quem admodum parturiens cupit eniti factum, ita & ille cupit effundere misericordiam. Cum qua Dei Incarnationi susceptione, quemadmodum Deus dixit S. Catharinæ Senensi, vt sigillo cera bene disposita impresso sublato, remanet effigies eius in cerâ sic in animâ bene dispositâ, remanet effigies gratiæ meæ, virtute ipsius Venerandi Sacramenti; quia videlicet remanet in eo calor ignita caritatis meæ, quæ Spiritus sanctus est. Ibi quoque remanet vniuersi filij mei sapientia, vt videat atque cognoscat ipsius virtutis meæ doctrinam. Hæc ergo sapientia in magnâ fortitudine remanet participando fortitudinem potentia meæ, quæ fortificat animam contra mundum, & aduersarium, atque propriam passionem sensitiuam. Merito ergo S. Fulbertus Episcopus Carnotensis, Eucharistiã nominat, Incarnata Deitatis, vitale pulmentum, vinum non à sordido cultore calcatum, sed de corculari crucis expressum. Et B. Laurentius Iustinianus, de inst. & reg. Prælat. c. 21. pabulum sanctitatis, immolationem pietatis. Quid mirum est, si tam præiosa & efficax res ad eod animæ nostræ proficit. Nam vt dicebat Noster P. Baltasar Alvarez: Si animorum nostrorum vita sufficiens est sibi & corpori cui vnitur, eiusque partibus omnibus, etiam minimi digiti vngule, & minimo pilo; quantò magis vita Christi, quæ est vita Dei, sufficiat sibi & animæ, ad quam in hoc Sacra-

19.
1. de resur.
carn. c. 8.
S. r. de Na-
tiuit.
c. 4. diu.
nomin.
or. de B.
Philog.
in dial.
c. 112.
epist. 1.
Vic c. 6.
p. 72-73.
monte



mento venit: Hoc enim est, quod ipse Dominus dixit: *ficut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, ipse vivet propter me.*

20. *Quid prodest nobis SS. Eucharistia ad spirituales profectum etiam in quantum continet Christi Humanitatem, quæ, ut docent Theologi, ex sacrâ scripturâ, & SS. Patribus, est causâ meritoria & instrumentalis, omnium virtutum, donorum, & gratiarum Dei, quæ hominibus conferuntur. Quocirca, si profuit Iosephi præ-*

Gen. 39 5 *sentia domui & cunctis rebus Domini eius: Benedixitq; Dominus domui Aegypti propter Ioseph, & multiplicavit eum in adibus quàm in agris cunctam eius substantiam; Et, si sola impressio manuum Moyſis super Iosue fuit tantæ efficacis, ut scri-*

21. *ptum sit, Iosue repletus est spiritu sapientia; quia Moyses posuit super eum manus suas; quanto magis potentior & sanctior, & benignior, & liberalior Christi Humanitas in SS. Eucharistiâ ritè susceptâ, proderit præsertim Christi gloriosi. Nam si vivens adhuc, passibilis, nondum morte susceptâ, quæ erat ex Dei dispositione necessaria, ad complementum nostræ Redemptionis, & eius meritorum; Quicunque eum tetigerunt salvi facti sunt; quanto magis nunc gloriosus suâ Humanitate à nobis in solâ susceptâ proderit nobis; quem meritò Clemens Alexandrinus appellat, *mamillam Patris, quæ curarum oblivionem inducit.* Sic B. Maria Magdalena de Pazzis apud Puccinum, è diuino lumine appellavit, *mamillas Verbi*; per quas*

March. 14. ult. 22. *fugimus diuina dulcedinis suavitatem. Ideoque, ut notat S. Thomas, S. Damascenus comparat hoc Sacramentum carboni, quem Isaias vidit; Carbo enim, lignum simplex non est, sed vitum igni, ita & panis Communionis non simplex panis est, sed vitum Diuinitati. Ac proinde tantum excellens instrumentum, diuinitati magis coniunctum; quam omnia alia instrumenta naturalia, & supernaturalia suæ causæ principali sunt coniuncta, non potest non esse summæ efficacis, quia inter creatas res, nihil est æquè excellens ac Christi Humanitas, & nihil Deo propinquius & similius. Christus vobis concessi, ait Deus Pater S. Catharina Senensis, velut apothecam apertam, ubi positis pariter videre & gustare, ineffabilem amorem, quem ad vos habeo, repertum in eo naturam Diuinam vitam vestre naturæ. Ibi videre potes quod ille sanguis eius, de quo te feci ministrum, est veluti salubre balneum ad abludendas tuas & aliorum iniquitates; quibus ablutis, redimam ad sanitatem spiritualem, per peccatum destructam, & tunc experimur in nobis effectum Christi Incarnationis, qui, ut ait S. Dorotheus citans S. Gregorium, Factus est propter nos homo, ut simile simili curaret, animâ animam, carne carnem. Nec tantum curaret, sed omnibus aliis donis impleret & ditaret. Est enim Christus Dominus quem in Eucharistia sumimus, ut ait, B. Laurentius Iustinianus, Salus mundi, reparator*

dialog. 6. 126.

ser. 2.

de triūph. Christi.

agonie c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

agone c. 1.

comes peregrinantium, sustentatio debiliū, mortuorum resurrectio, nutantium robur, regnantium merces, Angelorum gaudium, diuinitatis speculum, caritatis fons, origo luminum, veritatis contemplatio, deliciarum paradysus, omniumq; bonorum emanatio indeficiens. Meritò ergo P. Balchazar Alvarez, vii scribitur in eius vita, dicebat, quando Deus in Eucharistiâ venit in animam, non relinquere sua bona domini, non oculis misericordes, non dulcedines & suauitates; nec suas potentias & excellentias; nec vacuum, sed plenum venire: Quare qui Deum habet, omnia bona habere, & optimam viam, valdeq; compendiosam, ad omnia possidenda, esse, oculos ab eis auertere, ipsūq; solum desiderare; nec desistere donec illum sibi valde vnitum habeat, & tunc Davidis illud impletur Psalmo 106. *Satiavit animam manem, & animam esurientem satiavit bonis.* Et quidem omnis generis, & virtutum & scientiarum, ob quas sæpè ignaui vix SS. Eucharistiâ susceptâ ad studia & similia se conferunt, plus proprio labori & industria, quàm Christi suscepti efficacitati fidentes. Valde decipiuntur. Nam, ut ait S. Bernardus sermone 13, in Cantica, *Origo fontium & summum omnium, mare est, virtutum & scientiarum Dominus Iesus Christus. Quis enim Dominus virtutum nisi ipse Rex gloriæ; sed & iuxta Anna Canticum. Idem ipse Deus scientiarum Dominus est. Continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo, ex illo fonte manant. Non solum autem, sed & si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est. Inde scientia, inde sapientia sermo. Theauri siquidem sapientia & scientia ibi omnes absconditi sunt. Quid: Casta consilia, iusta iudicia, sancta desideria, nonne riuuli fontis illius sunt? Ecce sermone 15. *Essusa est (in Incarnatione) plenitudo diuinitatis, habitans super terram corporaliter, ut de illâ plenitudine, omnes qui corpus mortis gestamus, caperemus. ac tali odore repleti, diceremus: oleum effusum nomen tuum &c. Est inter oleum & nomen sponſi similitudo in triplici qualitate olei, lucet, pascit, & vngit, fouet ignem, nutriti carnem, lenit dolorem, lux, cibum, medicina. Hæc omnia præstat Eucharistia pie sumpta. Quid ita exercitatus reparat sensus, pergit S. Bernardus ibidem, virtutes roborat, vegetat mores bonos, atque honestos, castas fouet affectiones: Quocirca quæ Christo Domino S. Paulus absolute attribuit 1. Corinth. 1. 30. *Quod factum sit nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio; hoc maxime ei conuenit, dum nobis vere & realiter vnitur per modum cibi.***

CAPVT QVARTVM.

Eucharistia prodest per modum cibi.

Quid, prodest Eucharistia ad spirituales profectum, quia sumitur per modum cibi. Sicut panis iste communis, inquit S. Cyprianus, quæ quotidie edimus vita est corporis; ita panis ille superstantialis vita est animæ & sanitas mentis. Saluator enim noster, inquit Concilium Tridentinum, sumi

voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo aluntur & confortantur viuentes via ipsius, qui dixit: Qui manducat me & ipse viuet propter me. Nullum aliud spiritualis profectus medium ita sumitur: sola Eucharistia ita intimè nobis applicatur, & quidem, vt ait S. Cyrillus in benedictionem viuificantem. Carnem enim suam, vt idem ibidem ait cap. 12. & 14. viuificantem efficit imò ipsam vitam. Hinc S. Irenæus libro 4. capite 39. Christum, inquit, recumbentibus ministrabat escam, significans, eos qui in terra recumbebant, quibus venit ministrare vitam. Verè enim, vt ait S. Cyrillus Alexandrinus l. 2. Glaphyrorum in Exodū, vita & sanctificatio nobis est Christi communio. Quocirca S. Augustinus libro 1. de peccat. merit. capite 24. Optime, inquit, Panis Christiani, Baptismi ipsam nihil aliud, quam salutem, & Sacramentum Corporis Christi, nihil aliud quam vitam vocant. Unde, dum Christus manducatur, vita manducatur, vt scripsit B. Algerus libro 1. de Sacramentis capite 25. Ideoque, vt ait S. Thomas, omnem effectum, quem cibus & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem, (scilicet, quod sustentat, auget, reparat, & delet) hoc totum facit, hoc Sacramentum, quantum ad vitam spiritualem. Et Concilium Florentinum in Decreto vniouis, Omnem, inquit, effectum, quem materialis cibus, & potus quod ad vitam agunt corporalem, hoc idem quod ad vitam spiritualem, & hoc Sacramentum operari. Dicimus, inquit S. Dionysius Areopagita, cibum omnem perferre ea que aluntur, quod absoluit, & explet id, quod in eis minus perfectum est, & indigentiam, infirmitatem, & imbecillitatem curet, eorumque vitam tueatur, faciatque vt reflorescant, & renouent, & vitalem eis consensionem impertiat, ac planè & tristitia, atque eius quod minus perfectum est expultrix sit, & latitiae ac perfectionis suppediatrix. Ipsi sunt SS. Eucharistie effectus, per modum cibi dignè sumentibus relinqui soliti. Est enim hoc Sacramentum, vt ait B. Laurentius Iustinianus, tanquam cellarium quoddam, omnem aromatum in se continens pretiositatem & virtutem. In ipsum qui ingrediuntur, refocillantur ab omni fatigatione, nec deficiunt, donec presentis vite terminus finiatur. Hos effectus benè pronsequitur Henriquez: Cibus, inquit, corpori communicare solet suas, aut sibi similes qualitates, & realitatu & coniunctione cum gustu resurrectionem & delectationem, & nutriendo sustentat, & reparat, quod nouo calore absumptum fuerat; auget usque ad debitum statum incrementi. Vide reliqua. In moribus inolefendis, inquit Macrobius, magnam serè partem nutritiū ingenium, & natura lactis tenet. Idem notat Iustinianus, Romulum & Remum ad lactrociniā fuisse propensos, quia sunt lactati à lupa. Et Agis Rex Curetum, ceruorum agilitatem habuit, quia à cerua fuit lactatus. Vxorem Marti Catonis scribit Plutarchus in Catone solitam lactare etiam filios seruaram: & rogatam dixisse, vt imbuerentur isdem moribus, quibus eius filij, & cōsque vii suos germanos amarent.

Quod olim Nicchias adulator Alexandro à multis compuncto, easque ideo abigente dixit: He, quæ tuum sanguinem gustarunt, multo futurae sunt præstantiores, ac strenuiores; id verè dici potest de sumente Eucharistiam, quæ dat robar sumentibus eam. Exuberans enim confertur gratia hoc Sacramentum dignè sumentibus, inquit B. Laurentius Iustinianus, ex illo namque quedam viuificantis Spiritus & mellis sue suauitatis degustatur emanatio, per quam omnis vigor interiori hominis roboratur. Omnino humana deficeret virtus, & huius peregrinationis medio fatigata raceret, si non Spirituali hoc pabulo nutritur. Et ibidem capite 4. Si subcinericius panis, & aqua potus, Propheta tantas attribuit vires, vt in ipsius cibi virtute diebus 40. & noctibus totidem permaneret ieiunius; Quid panis Christi? qui est panis vite, rectè sumentibus spiritualiter fortitudinis conferre valebit? Hinc S. Cyprianus cum aliis Coepiscopis nomine Synodi Africanæ scribes, & reddens rationem Cornelio Papæ, cur instante tempore persecutionis grauissimæ, quosdam qui præ fragilitate lapsi erant in tormentis, ad communionem receperit; Cum, inquit, ad hoc fiat Eucharistia, vt post accipientibus esse tutela, quos tutos esse, contra aduersarium volumus, munimento Dominica saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut pronocamus eos in confessione nominis sui sanguinem fundere, si eis militaturis, Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini, iure communicationis admittimus? Et infra: Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad pralium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit. Idem in primitiua Ecclesia, ingruente persecutione, suscepra Eucharistia muniebant se fideles ad constantiam martyrij. Est enim hoc Sacramentum, inquit B. Laurentius Iustinianus, quasi ingens arbor virentibus referta folijs, sub quam quicumque fugiunt laborantes & peregrinantes, proteguntur in ipsius vmbra ab diu astu, à turbine quoque & pluuia: per quæ tentationes denotantur. Idem idem alibi ait: Hoc Sacramentum in bono confirmare & à malo preseruare. Et alio in loco: per Eucharistie summptionem, Aduersus inimicorum rabiem truculentam, armari mentem humanam. Quis enim contra spirituales prauideret nequicias, si absque adiutorio hoc, cum ipsis haberet congressum? Hoc Propheta fatur Psalmo 29. cum ait: Parasiti in conspectu meo mesam aduersus eos qui tribulant me. Hinc Deus Pater dixit S. Catharinæ Senensi, Viridariam Ecclesia sancta velut Apothecam consistere in qua panis vite ministratur esurientibus, & sanguine pretioso sitientes abundantissimè potantur, ne viatores atque peregrini, veluti sepsi deficiant in via. Et ex hoc ordinavit affectuosa mea paterna caritas, vt vobis corpus & sanguis Vnigeniti Filij mei quotidie ministraretur, qui verus Deus, & verus est Homo. Merito ergo Christus Dominus S. Brigittam monens, vt ab eo die reciperet frequentius corpus eius, causam subdit: Hoc est enim.

Ach. l. 6.

de casto conub. cap. 24.

26. epist. 542

dise. de perf. m. con. c. 19. col. 2.

de casto conub. c. 18. col. 5.

Ibid. c. 24. col. 7.

dial. c. 27.

l. 6. Rec. cap. 29.

enim.

enim medicamentum & cibus, de quo anima confortatur, infirmus in anima, & debilis in virtutibus conualescit. Et sicut eger crescit ad fortitudinem virium corporali cibo, sic omnis qui hoc corpus meum cum bona intentione sumit, crescit ad spiritualem fortitudinem.

1.4. Rev.
cap. 16.

Et alibi: Eucharistia perceptio (inquit Christus Dominus) iuuat contra Diabolicam tentationem. O quam miseri sunt qui tale iuuamen, dum sani sunt, magis quam venenum respuunt & abhorrent, quia nolunt se à peccatis refranare! à quibus ut se refrangent, & pugnent fortiter resistendo hostibus domesticis concupiscentiis, & externis demonibus prodest SS. Eucharistia. Ideo bene S. Augustinus sermone 93. de tempore dixit: Bibit de petra populus, & statim bellum iniit cum Amalech. Videte Fratres, quia posteaquam quisque de petra bibit, id est, Christi Sacramenta suscepit, necesse est illi ad pugnam procedere. Quisquis ergo Christo iungitur, non ad delicias non ad voluptates, sed ad prælium præparetur. Pulchrè hanc efficaciam SS. Eucharistia & vim ad reprimendas tentationes explicuit

L. 5. libel.

18. n. 17.

Rof pag.

638. n. 17.

Abbas Pastor in Vitis Patrum: Scriptum est, inquit, quemadmodum ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quoniam igitur ceruus in solitudine serpentes plurimos glutunt, & cum accensi eorum veneno fuerint, ad aquas peruenire desiderant, bibentes autem sanantur à seruore serpentini viru; ita & Monachi in solitudinibus habitantes, accenduntur demonum malignorum veneno, & propterea desiderant sabbatho Dominico, venire ad fontes aquarum, hoc est, ad corpus & Sanguinem Domini Nostri Iesu Christi, ut purgentur ab omni amaritudine demonum malignorum: vel si eà careant, spiritali delectatione repleri, animentur ad superandas vitæ spiritualis difficultates. Hinc ipse Christus Dominus, qui confortatione ex se non indiguit, tamen ante passionem suam, suum corpus & sanguinem in Eucharistia hic instituta cum Discipulis sumpsit, quia, ex susceptione huius Sacramenti, habuit quandam spiritualem delectationem, ut docet S. Thomas, 3. parte q. 81. a. 1. ad 3. quamuis ex eà susceptione, non fuerit in eo gratia augmentata.

CAPVT QVINTVM.

27.

Gabr.

lect. 85. in

Can. Ma-

ior in 4.

d. 9. q. 1.

arg. 5.

Pal. 4. d.

12. q. 8.

num. 30.

Ricar. a.

35. Valer.

q. 7. disp.

6. pun. 1.

Suar. 3.

p. q. 7. 29.

a. 8. sect.

7.

Eucharistia etiam per species Sacramentalis prodest.

SEXTO prodest Eucharistia ad spiritualem profectum, ratione specierum Sacramentalium, quæ post Eucharistia susceptionem remanent, aliquamdiu in homine. Quamuis enim illarum sola mansio, non augeat effectum huius Sacramenti (etsi id aliqui Theologi dicant) tamen si homo illis manentibus, sese magis ac magis disponat, ad effectum Eucharistia; probabile est, & apud me certissimum, eum augeri ex opere operantis: vti senserunt Gabriel, Maior, Pa-

ludanus, Richardus, Valentia, Suar. Ioan. de Lugo; vbi illorum Authorum congruentias pro hac re refert Suarez contra aliquos Thomistas id negantes, & ipse confirmat, ac argumenta contraria soluit. Cur autem apud me hoc sit certum; causa est: quia S. Ecclesia hoc videtur sentire. Nam post manducationem SS. Eucharistia completam physicè, petit in Missa S. Ecclesia post Communionem effectus Eucharistia, per illam præteritam paulò antè Communionem sacerdoti, adhuc ad altare existenti, & aliis conferri. Hac nos Communio Domine purget à crimine, & celestis remedij faciat esse confortes. Et Hac nos, Domine, Diuini Sacramenti perceptio protegat, & saluet semper ac muniat. Et. Tui nos Domine Sacramenti, libatio reslauret, & à vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire confortium. Et. Sumptis muneribus, quasumus, Domine, vt cum frequentatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Et. Auxiliatur nobis Domine sumpta mysteria & sempiternâ protectione confirmet. Et. Votiuâ Domine dona percipimus, qua nobis presentis, quasumus, vita, pariter & æterna tribue conferre subsidium. Et. Per huius, Domine, operationem Mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Et. Quos tanti Domine largiris vti Mysterij, quasumus, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Et. Quasumus, vt qui celestia alimenta percipimus, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Omitto plures tales in Missali preces. Quibus Ecclesia post Communionem attribuit varios effectus ergo illos causant post Communionem. Imprudenter enim, vt ait Suarez, offerretur sacrificium, pro re obtinenda, quam nullo modo præstare posse. Cum ergo S. Ecclesia in ipso Missali, hoc sacrificium peractum, post absolutam Communionem sacerdotis & aliorum, qui in eo communicarunt, illud Deo offerat pro variis effectibus & gratis consequendis, dum adhuc manent species in stomacho, certum est, eas ad id conducere. Confirmo hoc ipsum alio sensu Ecclesie, approbantis sententiam S. Cyrilli Alexandrini lib. 4. in Ioannem capite 17. quam refert lectione 3. in 3. Noct. Octauæ Corporis Christi, dicentis, in Eucharistia Christum in nobis manentem, sedare sauentem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborare, perturbationes animi extingueret, egrotos curare, collisos redintegrare, & ab omni nos erigere casu. Atqui non in solâ Communione Christus manet in nobis, sed etiam in speciebus in stomacho manentibus, ergo tunc quoque hos effectus operatur, præsertim, si accedat pij affectus eius, qui Communione facta refectus est, etiam si illi affectus non sint feruentiores, quam primi, vt bene docet Ioannes de Lugo Disputatione 12. de Eucharistia c. 2. Item, numero 54. Ideo merito S. Teresa monebat suas, vt cum Christo Domino in Eucharistia recepto, tam diu orando manerent, quam diu species panis à naturali calore consumpta non essent: nec sinerent sibi elabitam bonam opportunitatem cum eo manendi. Si enim

CAPVT SEXTVM.

Henr. de Sacra. i. n. 11. c. 13. n. 11. Th. 3. p. q. 81. a. 1. ad 3. & q. 79. a. 1. ad 2. & a. 4. 29. de casto. conn. c. 18. col. 5. V. 3. p. q. 79. a. 2. disp. 204. c. 2. 3. 4. Tol. in c. 6. & 17. Ioan. Cyr. l. 10. in Ioan. c. 13. & l. 11. c. 2. 6. & 1. 4. c. 17. l. 10. in loa. c. 13.

Eucharistia vnit carnem nostram carni Christi.

Septimo, prodest SS. Eucharistia ad spiritualem profectum, quia, vt ait B. Laurentius Iustinianus, nos corpori Christi mystico incorporat. Vnit enim carnem nostram carni Christi, quod bene probat & explicat Vasquez, & Toletus asserit, & probat ex S. Cyrillo. Quod S. Cyrillus Alexandrinus sic explicat: Qui manducat meam carnem, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Sicut enim si quis liquefacta cera aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est, ita si quis carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Et alibi, beneficio Eucharistia nos, inquit, Christo non tantum spiritualiter coniungi, sed etiam secundum carnem habere cum illo coniunctionem, & per Eucharistiam etiam nobis Christum esse vitem, & nos eius palmites, & per eam corporaliter in nobis Christum habitare; & membra fidelium, fieri membra Christi, participatione naturali. Et libro 11. in Ioan. capite 26. corporalem vniionem ad Christum, ait, acquiri participatione eius Mysterij: id Paulum asserere, dum ait, ad Ephesios 3. 6. Genes esse coheredes & concorporales, & participes promissionis in Christo. Et capite 27. Filium, per benedictionem mysticam nobis corporaliter vniri, vt hominem, spiritualiter autem, vt Deum. S. Ioannes Damascenus, agens de hoc Sacramento: Per illud, inquit, purgati, corpori Domini, ipsiusque Spiritus vniimur, ac Christi corpus efficiimur. Sic etiam S. Chrysostomus, nos secum, vt ita dicam, in vnam massam reducit, neque id fide solum, sed re ipsa nos suum corpus efficit. Et S. Ildorus Pelusiota S. 1. 3. ep. Chrysostomi discipulus: Per sacrorum mysteriorum participationem, scribit, naturam nostram concorpoream Vnigenito redditam, & in ipsius carnem censerit, & quemadmodum corpus capiti, eodem modo ipsam ei copulatam esse. Ex quibus, aliisque Patrum, quos citat testimoniis, Vasquez loco citato ait, sententiam probabiliorē esse, Eucharistia non tantum nos cum Christo per caritatem, vnum Spiritum fieri, verum etiam inter carnem Christi, & carnem nostram, peculiarem vniionem intercedere, que non modo existente Christo sub speciebus in Stomacho, verum etiam ipsis corruptis, & Christo ibi secundum suam substantiam non permanente, perseveret. Hanc autem vniionem carnis nostræ cum Christo, in hoc consistere ait, Quod Christus postquam à nobis intra viscera, & carnem nostram per modum cibi ex caritate sumptus est, corpora nostra, intra qua recipitur, asstinet & tractet, & vt membra corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius, vt loquitur S. Paulus, Ephes. 5. 30. Atque ita hac vniio mystica est & moralis, ed quod caritas

enim vel solo vestis attractu morbidos sanabat tum cum in mundo inmer homines conuersabatur, minime dubitandum est, quin iam aded intime intra nos confutatus, miracula paraturus sit, dummodo fidem vnam habeamus, quod que ab eo petemus, nobis sit concessurus, cum iam ad domum nostram diuerterit. Non solum enim Maiestas eius habitations, & hospitij mercedem male persolvere, dum modo bene excipitur & tractetur. Sed si illum post Communionem relinquimus, non habemus causam cur queramus, si paruum videamus animæ nostræ in virtutibus profectam. Tandem concludit, eos, qui cido se ad negotia proripiunt, scire, ac si Christo domum nostram ingresso, domo exirent, eumque inde expellerent, & vigerent, ne Christus domum eorum occupet, & incolat.

Huc spectare possunt ea, que S. Macarius ponderat mansisse bona in eos, qui Christo eorporaliter adhaerebant, dum cum hominibus conuersaretur. Quid mirum est, inquit, si accedentes ad Dominum, & adherentes ei corporaliter, accipiebant virtutem, cum apostolis verbum loquentibus, cecidit super credentes Spiritus sanctus? Cornelius ex verbo auditio consecutus est virtutem, quando magis cum Dominus loqueretur verbum, cum Maria, Zachario, cum peccatrice, aut cum Samaritana, aut latrone, emittentur virtus, & cum eorum animâ permixtus est Spiritus S. Nunc quoque qui Deum diligunt, & relicti omnibus in Oratione perseverant, docentur secreta que non noverant. Ipsa enim veritas secundum illorum intentionem, se exhibet illis, & docet eos. Ego sum veritas: In vita quoque B. M. Magdalene de Pazzis, referitur eius orationis sermo ad Nouicias, quantum erat Magistra facta, O mee sorores, si penetrarem, quod tunc, dum durat in nobis ille sacra species, facit in nobis Verbum diuinum illas operationes quas facit in sinu sui æterni Patris, & cum sit Verbum in sinu Patris, & Pater in Verbo, & Spiritus S. in vitroque inseparabiliter, nos recipiendo Verbum, recipimus totam SS. Trinitatem, si hoc penetrarem, si illam agnosceremus, non iremus inconsideratè (ad Communionem) & aded quasi casu, & non omitteremus illam sumere ob tam paruas occasiones, & bene prius cogitarem, antequam illam omitteremus.

Sanè si Arca præsentia fuit aded salutatis domui Obededom, ita vt ob eam benedixit Dominus Obededom & omnem domum eius. Si ob præsentiam Loth non potuit Angelus nocere Sodoma, & Gomorrhæ, quantum magis hæc species, arcæ nobiliores, proderunt piè & religiosè post sumptionem intra nos conferuatæ. Vnde merito potest ad hoc applicari, quod dixit Iacob ad Laban: Modicam habuisti antequam venirem ad te & nunc diues effectus es, benedixitque Dominus ad introitum meum. Vide S. Thomam & Henriquez. Vbi ait Christum per species, tanquam per instrumentum excitare, & actiue inclinare, ad actum vitalem deuotionis nostræ, si homo sit bene dispositus. Sic Christus, inquit idem S. Thomas, per Eucharistiam non accepit habitum, sed actam deuotum ex Sacramento.

to. 3. in. p. disp. 79. l. 5. Dicitur in. 1. 4. fid. cap. 14. 1. 3. ep. 195.

vitae & amor eo modo consummatus efficiat, ut Christus nouo titillo corpora nostra tanquam propria asstinet. Quod intelligendum est, quando Eucharistia sine peccato mortali sumitur: quia, ut ait S. Augustinus sermone 2. de verbis Domini, citatus à Claudio Sainctes: In peccatore non dicitur Christus manere, (hoc modo) nec ipse in Christo. Quando ergo dicit S. Hilarius libro 8. de Trinitate, per Eucharistiam, Esse in nobis naturalem unitatem cum Christo, non ita intelligendum est, quod sit eo modo naturalis, uti est vnio inter materiam & formam, vel inter subiectum & accidens; sed quia Christi naturarum cum natura nostra, per illas species, intra nos, per modum cibi, intemere & realiter, & naturali modo quoad comestionem materialem, receptas, fit localis coniunctio, seu intrinseca receptio per modum naturæ; ex qua sequitur, ut Christus membra nostra, tanquam sibi carissima tractet ut propria, iuxta illud Apostoli supra citatum; Quod sumus membra corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Et, ut ait 1. Corinth. 6. 19. 17. Nescitis quod corpora vestra membra sunt Christi, & templum Spiritus S. Et, qui adheret Domino, vnus Spiritus est. Quicquid sit de hoc, saltem in anima quandam similitudinem Dei diuinam, ut eam appellat S. Dionysius Areopagita, causat Communio & SS. Eucharistia. Ideoque ait ab Episcopis eam tradi sacerdotibus sacerdotio initiatis, Non solum quod diuinorum mysteriorum perceptio vnusquisque ad Hierarchiam pertinentis perceptionis, est summa, verum etiam, quod ipsius diuini muneris, quod communicatur, Sancti omnes Ordines, pro captu suo participes sunt, ad suam ipsorum diuinam similitudinis translationem, & perfectionem. Sunt enim sacra mysteria, expiatio, illustratio, & perfectio.

f. 6. eccl. hier.

CAPVT SEPTIMVM.

Eucharistia iuuat nos, in quantum est sacrificium.

Octauo, prodest Eucharistia ad spiritualement profectum in quantum est sacrificium, & quidem, uti appellatur à Christo Domino apud S. Brigittam Regale. Ut tale enim, ex vi suæ Institutionis, habet singularem vim ad applicandos fructus Christi passionis & nostræ redemptionis. Vna enim, inquit Concilium Tridentinum, Eademque est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit, solâ offerendi ratione diuersa. Cuius quidem oblationis eruenta fructus, per hanc vberimè percipiuntur. S. Gregorius, Christus, inquit, qui in se resurgens à mortuis iam non moritur, adhuc per sacram hostiam in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hostiam suæ passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostram, passionem illius reparamus. Et S. Cyprianus: Passio Domini, est sacrificium ipsum, quod offerimus. S. Mar-

30. f. 6. Recu. cap. 24.

scilicet 12. cap. 2.

31. h. 37. in Euang.

32.

tialis: Quod Iudei per odium & inuidiam immolauerunt, putantes se Christi nomen à terra abolere, hoc ipsum nos causa salutis nostræ in arâ sanctificat à perficimus, scientes, hoc solo remedio, nobis vitam prestandam, & mortem effugendam. S. Chrysostomus: Hæc est illa mensa, & minus nihil habet, non enim illam Christus, hanc verò homo perficit, verum hanc ipse quoque. Idem ait S. Ambrosius & S. Chrysostomus ibidem: & homilia 2. in epistolam 2. ad Timotheum. Et quamuis inter Theologos dissidium sit, sacrificium hoc ex opere operato habeat efficaciam infinitam, uti habere putant: Hervæus quodl. 10. q. 13. Caietanus 3. parte q. 79. a. 5. & fufius opusc. de celebratione Missæ q. 2. Canus libro 12. loc. Theol. c. 13. ad 10. Petrus Soto Instructio. Sacerdot. tr. de Eucharistia, lectione 7. Corduba, libro 1. q. 3. opin. 5. Conclusione. 3. Siluest. v. Missa 1. q. 9. Petrus Nauar. libro 2. de restitutione capite 2. num. 259 260. Vasquez 3. p. disp. 230. capite 2. & 3. eò quod offeratur res infiniti pretij ob vnionem cum Verbo, & quia Christus est infinite prestans, & Deo gratus, & est principalis offerens, ut cum Ecclesia docet S. Ambrosius libro 1. Offici. capite 48. Et Concilium Tridentinum sessione 22. capite 2. Ideoque S. Chrysostomus hom. 2. in epistolam 2. Timothei, & Algerius libro 1. de Eucharistia capite 16. & alij, dicunt hanc oblationem nihil minus habere illâ, quam Christus obtulit. Et sicut pretium à Rege missum, ob famulî malitiam & inæqualitatem non minuitur, uti & elemosynæ, ita nec ministri mali & finiti oblatio, admittit infinitatem valoris infiniti Missæ, quam habet ex infinitate rei, quæ in ea offertur, & Christi principalis offerentis. Quia tamen alij præsertim recentiores nostri, quos citat, & sequitur noster Ioannes Baptista Scortia libro 1. de sacrificio Missæ capite 8. contrarium sentiunt, nolo contendere; satis sit nobis scire, Eucharistiam non tantum ut Sacramentum est, sed etiam ut sacrificium nouæ legis, valde salutare esse his qui illud offerunt, & us, pro quibus illud offertur. Nam primò, per hoc sacrificium Minister offerens meretur de condigno, & satisfacit, & impetrat ex opere operantis (si sit in gratiâ, & debita intentione & circumstantiis offerat) licet faceret per alia opera bona: sicut & in lege veteri, vel naturæ, sacerdotes sacrificantes modo debito, merebantur de condigno, & satisfaciebant & impetrabant, sed non ita magis, quia sacrificium est dignius veteri. Secundo, quia ex opere operato sacrificium hoc habet efficaciam ad applicandum aliquem fructum Redemptionis Christi: est enim institutum, ut cruenti sacrificij salutaris virtus, ut loquitur Concilium Tridentinum, in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum, applicaretur. Idè hæc oblatio, ut dicitur ibidem, nulla indignitate, aut malitiâ offerentium inquinari potest. Quod indicat vim suam habere etiam ex opere operato, alioquin haberet

34

35

40

36

36

37

Compēd.
Theol.
l. 6. c. 15.

haberet tantum ex opere operantis, redderetur inefficax ex operantis malitia. Quanquam non habet tantam efficaciam nec intensiue nec extensiue, quantum Passio Christi, quæ profuit etiam hominibus iis, qui vixerunt ante Christum passum, etiam non Baptizatis, etiam in mortali peccato existentibus, etiam ad remissionem peccati originalis, & cuiusvis mortalis, ad quæ sacrificium Eucharistiæ, non habet efficaciam propriam ex opere operato, sicut nec charecteres trium Sacramentorum, & ad donum perseverantiæ, sed ad quædam ex his ex opere operantis, impetratoriè concurrunt: posunt enim hoc sacrificio varia impetrari, etiam absentibus. Sanè, si B. Ludovicus Bertrandus vit sanctus Ord. S. Dominici, faciendo signum S. Crucis in suâ cellâ, animo benedicendi cuidam nobili (quod & alis seruis Dei contigisse scimus), valde illi, etsi longè posito proderat, vti Deus reuelauerat cuidam S. Moniali Carmelitanae fori Tessedæ, vt dicitur in eius vita capite 10. quantum magis fons ipse talis benedictionis, qui in hoc sacrificio includitur, à quo vim suam habet benedictio cruce facta, proderit etiam iis, qui absunt à loco sacrificij.

CAPVT OCTAVVM.

Eucharistia excitat in nobis actus bonos.

40. **N**ondè, prodest Eucharistia ad spirituale profectum, non tantum vti alia opera bona, in iustorum animabus profunt, cauendo augmentum gratiæ, non tantum vt habitus supernaturales virtutum, qui faciunt hominem potentem ad operandum supernaturaliter, sed etiâ (quod habitus per se soli non habent) excitant actum secundum. Per hoc enim Sacramentum, inquit S. Thomas, quantum est ex sui virtute, non solum habitus gratiæ & virtutis confertur, sed etiam excitatur in actum secundum, iuxta illud: charitas Christi vrget nos. Et alio in loco: Charitas, inquit, non solum quantum ad habitum, sed etiam, quantum ad actum, excitatur in hoc Sacramento. Tum alio modo; quia, vt ait B. Laurentius Iustinianus, Erudiendo illuminat. Mēs autem Sacramento recepto illustrata, facile à diuina gratia mouetur ad exercendos actus virtutum, quas habet suis potentis inherentes. Et alio loco, per illud ait, informari opera, conformari Deo. Pulchrè id hac similitudine illustrat S. Thomas Opusculo 54. capite 20. Vt surculus bone arboris, si trunco inseratur etiam siluestri, quod naturalis virtute præualens illius amaritudinem, in suam dulcedinem & suauitatem conuertit, & similem sibi bonum fructum proferre facit, sic Christi corpus nobis insertum, desectus nostros euacuat, & in suam nos bonitatem trahit: vt quales ipse frondes, flores, & fructus iustitiæ facit, tales & nos per eum faciamus. At B. Lancicij Opusc. Tom. 2.

Albertus magnus ponit inter effectus SS. Eucharistiæ: *Viuificationem interiorē, quia nonnquam per virtutem huius Sacramenti fig de attrito contritus. Vnde sicut lignum vite comestum vitam præstat: sic per hanc gratiam, purgamur, illuminamur, perficimur, rescimur, & viuificamur. Et bene reditur vita per cibum, per quem & mors intrauit. Quocirca meritò Eucharistiam appellat S. Gregorius Nazianzenus, mystica ac sursum serenia sacra, quibus nec manus quicquam, nec præstantius apud nos est. Fert enim mentes nostras sursum, per actus virtutum, quos in nobis excitat, & ita B. Ludovicus Bertrandus, Ord. S. Dominici vti scribit in eius pulcherrima vita. Vincentius Iustinianus, dixit cuidam, se multoties valde tepidum, receptâ SS. Eucharistiâ, subitò sensisse tantum calorem intra se, vt sibi videretur corpus & anima instar fornacis igneæ: præ grandi amore. Ita experiebatur illud in se Psalmi: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et B. M. Magdalena de Pazzis, Sanguis, inquit, mei Verbi, est magnus, trahens ad se animas, & Deum; lignum vite, inclinat ad ostendendum misericordiam, sicut pondere pomorum arbor inclinatur ad terram cum ramis suis sanguis tuus, vt torcular vinum exprimit, sic stringit potentiam tuam, ad effundendum amorem; qui est misericordia tua. Meritò ergo B. V. Christam alloquens, & ab eo petens dari cuidam Domino Eucharistiam, vti dicitur in Reuelationibus S. Brigitiæ appellauit Christi corpus in Eucharistia; Promptissimum infirmorum auxilium, quod reddit cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, manibus opus. Et ibidem c. 24. idem petens: Da ei quod mihi charissimum est, sacrum corpus tuum, vt accendatur voluntas ad bona, quæ hætenus tepuit à charitate tuâ. Eucharistia, inquit Henriquez libro 8. capite 35. numer. 2. dum trahitur, rescicendo gustum corporis, præstat animæ, non solum habitum auctum, sed effectiue excitat & impellit in actum deuotionis delectabilis. Vt enim Spiritus S. qui animam iusti inhabitat, spirituali impulsu & auxilio excitat voluntatem, saluâ hominis vitali & liberâ cooperatione, & mouet actiue ad exercitium actus, & seruentem dilectionem; ita Verbum per corpus suum, & per species, sub quibus totus Christus continetur, tanquam per instrumentum coniunctum Sacramentaliter, & eleuatum, mouet effectiue deuotam & attentam voluntatem in actum suauem. Deuotio enim est promptitudo voluntatis in his quæ pertinent ad seruitium Dei, & est præcipuus actus Religionis. Vide ibi reliqua pulchra.*

orat. i.

cap. 17.

4. par. vit.
cap. 24

l. 6. c. 23.

S. Th. 2.
2 q. 82.

CAPVT NONVM.

Eucharistia passiones frænat.

Decimò, Eucharistia prodest contra passionum motus inordinatos. Nam, vt ait Cyrillus Alexandrinus, Perturbationes animi extinguit. Et S. Ambrosius ait. Hoc Sacramento inebriari affectus fidelium, vt curas seculi huius, metum mortis, Gg sollici-

42.
l. 4. in
Ioa. c. 17.
l. 15. in
Psal. 118.

h. 23. ad
pop. & h.
4. in Mat.

sollicitudinemq; deponant. S. Chryostomus disse-
rens de passione iræ, Quomodo, inquit, ab hac tam
noxia peste liberabimur, si vtiq; illam potionem bibe-
mus, qua omnes intra nos vermes, serpentesq; mortificat,
& quodnam, inquit, istud est poculum, quod eam vim
habeat. Præiosus scilicet Christi Sanguis, si cum fida-
tia sumatur. Nobis, inquit S. Cyprianus, Christus
pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, ut non tan-
tum exterius hoc sanguine liniremur, sed & interius
aspergione omnipotentis animâ muniremur: & penetrâs
omnia tanti medicamenti virtus, quidquid esset intus
effugaret, & renouaret, sanaretq;, quidquid mori, car-
ni, vel spiritui, veteris vitæ adlitterat corruptela. Quin-
imò S. Thomas, ait, Eucharistiâ carnis fomitem im-
minui. Et vt B. Albertus magnus, docet, Eucharis-
tia fomitem mitigat. Vide Lorinum in Acta. Ex-
terna impedimenta sunt dæmones. Hoc autem
Sacramentum, inquit S. Thomas, in quantum signû
quoddam Passionis Christi, per quem victi sunt dæmo-
nes, repellit omnem dæmonum impugnationem. Vnde
S. Chryostomus dicit, vt leones flammam spirantes,
sic ab illâ mensa discedimus, terribiles effecti diabolo.
Nam vt ait B. Petrus Damianus ep. ad Blancam
Comitissimam cap. 3. Terretur aduersarius cum
Christiani labra videt Christi cruore rubentia. Agno-
scit enim præstis sue perditionis iudicium, & diuina
victoria, quâ captiuatus est & obreritus, non tolerat
instrumentum. Imò non tantum repellit impu-
gnationem dæmonum, sed, vt ait S. Ignacius
Martyr. Retundit vim & potentiam Sarthana, omnes
conatus suos, quasi totidem sagittas non aliò colliman-
tis, quam vt nos in peccatum pertrahat. Hoc autem
Sacramentum inquit B. Laurentius Iustinianus, à
malo præseruat. Et. Optimum est ac salubre remediũ,
ad comprimendum voluptuosos animi motus, vt si quis
hac se senserit peste vulneratum, omni quâ valet virtute,
studeat diuina frequentare Sacramenta. Meritò
igitur S. Dorotheus Abbas apud Palladium dixit:
Quò venit Saluator, (loquitur de signo crucis
Christi, potente contra dæmones,) illic viribus
cæret diaboli improbitas. Maior autem vis est ip-
sius Christi, quam eius crucis. Declarari potest
hæc vis contra dæmones è SS. Eucharistia pro-
cedens, dicto quodam S. Macarij Ægyptij, qui,
vt scribit Palladius, cum vxorem cuiusdam,
præstigijs & incantationibus præstigiatoris, spe-
cie tenus in aquam transformata curasset,
eam sic admonuit: Nunquam Ecclesiam deseras,
nunquam abstineas à communionem Christi Sacra-
mentorum. Hæc enim tibi acciderunt, quod iam quin-
que hebdomadis non accessisti, ad intemerata no-
stri Saluatoris Sacramenta. Si ergo sæpè ad ea,
& piè accedemus, dæmonis impugnationem
ridebimus.

43.
3 p. q. 79.
a. 6. ad 3.
Cõpend.
Theol.
l. 6. c. 16.
3 p. q. 79.
a. 6.
h. 45. in
Ioan.

ep. 10. ad
Ephes.

44.
de cast.
conn. c.
18. col. 5.
Ibid. c. 7.
col. 3.

45.
Hist.
Lauf. 5. 2.

Ibid. 5.
19.

CAPVT DECIMVM.

Eucharistia prodest corporibus variis
modis.

VNdecimò, prodest Eucharistia ad spirita-
lem profectum, quia non tantum animâ,
sed etiam corporibus prodest, quemadmodum
testimonijs Patrum id ostendit Suarez tom. 3.
in 3. p. d. 64. sect. prima, & seqq. idq; quatuor
modis: Primo, quia facit per virtutes, quas con-
fert & auget, vt corpus etiam Deo feruiat, & à
peccatis præferuetur. S. Thomas respondens ad
eorum argumentum, qui dicebant, saltem quã-
tùm ad corpus per hoc Sacramentum gratiam
non confert; Licet, inquit, corpus non sit immedia-
tum subiectum gratiæ, ex animo tamen redundat effe-
ctus gratiæ ad corpus, dum in præsentia membra nostra
exhibemus arma iustitiæ Deo, vt habetur Rom. 6. Nã,
vt ait S. Cyrillus Alexandrinus, sedat, cum in nobis
manet Christus, saluentem membrorum nostrorum le-
gem. Nam de corpore Christi, vt scripsit S. Thomas
Opusculo 58. capite 21. manat vmbra gratiæ, quæ
nobis defenfaculum est contra incitina vitiorum &
carnalis concupiscentiæ. Et, vt ait B. Albertus mag-
nus in compendio Theologico libro 6. cap. 16.
Sicut aqua refrigerat, ita istud Sacramentum seruo-
rem concupiscentiæ mitigat. Et, vt habet S. Thomas
Opusculo eodem cap. 6. Panis celestis in similitudi-
nem pruna rorisq; apparebat, quia corpus Domini à
feruore praua concupiscentiæ refrigerat. Et S. Cyrillus
Hierosolymitanus: Animam, inquit, & corpus san-
ctificat. Et Catechismus Concilij Tridentini
Sensum libidinis cohibet. Et B. Laurentius Iustinianus
de Institutione & regimine Prælatorum
cap. 21. Corpora castificat. Caro enim Christi, inquit
S. Ambrosius serm. 19. in Psalmum 118. Vmbra
sua caro fuit, quæ nostrarum astus refrigerat cupidita-
tarum: quæ compescuit insolentiam vitiorum: quæ res-
stinxit ignes libidinum: quæ auaritiæ, diuersarumq;
passionum incendia temperauit. Et quid dicam de vmbra
Domini, quando Apostolorum vmbra sanabat.
Hæc ebrietas, (scilicet Communio Eucharis-
tica) inquit S. Cyprianus, non accendit sed extinguit
peccatum, in hoc vino non est luxuria, nec mouetur
ad ludum post hunc potum lasciuia: consopit obli-
uio cuncta carnis ludibria: Mira sunt, quæ sentit, ma-
gna quæ videt, inaudita quæ loquitur, quem Agnus ille
Paschalis inhabitat: cuius animam meri huius forti-
tudo, hilaritate inexplicabili lætificat & delectat.
De B. Catharina Genuensi scribitur, Quando
aliquâ ex causa ad diuinam mensam accedere non
poterat, toto illo die dolore consciebat, & sibi ipsi,
& sibi ipsi, intolerabilis erat, vnde qui apud illam morabantur, hoc
ipsam animaduertentes, eiq; compatientes dicebant,
clarum esse Deo placere, vt quotidie caeleste epulum ac-
cipiat.

Secundò, Eucharistia prodest ad spirituales
pro-

46.

3 p. q. 79.
a. 1. ad 3.

13. in Ioan.
cap. 17.
Et. 4. 17.

Catech.
mythog.
4.

de eorum
Dom.

cap. 17.

47.

profectum, corpus adiuvando, quia vt illud sic instrumentum virtutum, sæpe illud corporaliter sanat, & vigorem addit. Tanta est aliquando in hoc Sacramento gratia, inquit Thomas de Kempis l. 4. c. 1. n. 11. vt ex plenitudine collata deuotionis, non tantum mens, sed & debile corpus, vires sibi praeferat sentiat ampliores. Quare merito Tertullianus l. de pudic. c. 18. appellat Eucharistiam medicam, & S. Chrysologus ser. 1. epulum salutis. Et Tertullianus apoget. c. 9. Cordolij remedium. Ioannes quidam Eremita per triennium solâ Eucharistiâ die Dominico sumptâ se sustentauit, teste Rufino l. 2. cap. 15. Vit. PP. & Palladio in Lauf. c. 61. Ros. p. 473. col. 1. Merito ergo Christina mirabilis tot modis corpus suum enecatuta muniebat se SS. Eucharistiâ crebro sumptâ: vt cap. 5. Sarius in eius vita scribit in Iunio. Merito & Sancta Ecclesia in Missa de SS. Vito, Modesto, & Crescentia, post communionem petit, vt medicina Sacramenti & corporibus nostris proficiat. Et in sacrificio Missa in Canone quotidie dicitur: Fiat nobis ad salutem mentis & corporis. Quod praestat, inquit Ioannes Sanchez, non cauendo aliquam qualitatem corporalem, sed quia exteriora protectione à rebus infirmitatem comparantibus nos liberat, vt notat Suar. disp. 64. lect. 1. Valquez disp. 204. n. 28. Hurtado de Eucharistiâ disp. 8. dicitur, 6. Fagundez 3. præcep. l. 4. c. 5. n. 7. moderaturq; nimium calorem, qui libidinem excitare possit, & inde reducit corpus ad optimum temperamentum, ex quo bona valetudo resultat vt effectus, aut essentialiter in illo sanitas consistit, de quo medici. Si enim extrema vnctio salutem corporis causat, quid mirum, & illud praestare Eucharistiam? Dicant, queso, experti, num sanitatem validiorem praesentiant sapienter communicando, aut abstinendo: & sacris fitebuntur, quod communicando, vt rectè Suarez to. de Euch. quaest. 74. a. 8. disp. 69. lect. 1. Quid tam cordium vita, inquit S. Bernardus l. 75. in Cant. quam Dominus meus Iesus Christus, de quo aiebat, qui viuere: Coloss. 3. Quia cum Christus apparuerit vita vestra &c.

De suo Patre scribit Nazianzenus: Cùm nunquam non dolore premeretur, & quidem per sepe singulis diebus, atque interdum etiam horis, ex solâ Liturgiâ robur concipiebat, & morbus tanquam ex edicto & imperio fugatus, se subducebat, &c. P. Carolus Spinola, vt dicitur in eius vita, & martyrio, scribens è carcere ad P. Mutium, Generalem ait: Panis Eucharistia nobis subministrat vires corporales & spirituales. Erat autem ibi & morbis & fame per quatuor annos exhaustus. S. Philippus Neerius Eucharistiâ sumptione in infirmitate vires resursumebat. B. Ludouicus Bertrandus, vt in eius vita scribit Vincentius Instinianus, etiam conualescens à morbo, quando poterat, dicebat Missam, & cum quidam ad disuaderet, quasi sanitati mortuum respondit: Frater mi, S. Sacramenta Ecclesia nullum occidunt, immò iuuant, non tantum salutem animae, sed etiam corporis, quando id est pro bono animae. Lancij Opusc. Tom. 2.

ma. De B. Catharinâ Genuensi scribitur in eius vita: Quodam die tam prostrata erat valetudine, vt eibi capiendi facultate amissa, ad mortem urgeri inciperet, dixitq; Confessario suo: Si ter Dominum meum in V. Sacramento mihi praberis, sanitatem recipem. Fecit ille, & mox pristina incolumitati restituta est. Et infra: Nequens propter infirmitatem aut aliud impedimentum caelestem alimoniam percipere, toto illo die lassâ, debilis & afflicta erat, videbaturq; vitam tuere non posse. Sic Eucharistia à B. Maria Oegniacensi infirmâ, sumpta, teste Iacobo Vitriaco in eius vita l. 2. c. 12. Esti tunc nil penitus edere posses, nec modici panis odorem perferre. Christi tamen Corpus facile & crebro sumebat: quod statim quasi liquefces, & in animam eius transiens, non solum illam confirmabat, sed etiam Corporis infirmitatem sine morâ releuabat. Vnde merito Christus in Eucharistiâ potest nuncupari remediator valetudinum, vt Deum vocat Tertullianus. S. Teresa, siue de se, siue de aliâ quadam Dei serua ita scribit: Est, inquit, Eucharistia magna medicina pro infirmitatibus corporalibus. Noui vnâ personam magnis infirmitatibus plenam, quae multoties gustando hunc cibum à grauib; doloribus totaliter liberabatur. Et hoc valde ordinariè, & à malis valde manifestatis & quae fingi non poterant. S. Bonavent. Aliquos, inquit, quandoque vidimus, licet paucos quibus viuere Christus erat, ita, vt si non frequentius panem vitam resicerentur sacramentaliter, quasi videbantur vita corporis iam velle deficere, patientibus indicis hunc defectum prodentibus. Et qui antea iam debiles erant, quod nec incesum debitum habere poterant, post susceptionem illius Sacramenti in tantum confortabantur, quasi nullam ante sensissent debilitatem manifestè apparentem. Iuxta illud to. 6. Caro mea verè est cibus & Sanguis meus est verè potus, quia nullus cibus materialis vel potus sic celeriter & efficaciter possit, non solum corpus, sed etiam animam recreare.

Ioannes Monachus apud Palladium, cibum nunquam suppsit, nisi die Dominico Eucharistiâ & modico pane reffectus, per reliquum hebdomadae nihil amplius comedeat. Nicolaus Eremita in Helueticis montibus prope Lucernam per 20. annos nullo prorsus alio cibo vsus est, quàm SS. Eucharistiâ. S. Catharina Senensis per menses aliquot solo Eucharistiâ vsu vitam produxit. Ludouicus pius Imperator, in supremo morbo quo obiit, totos 40. dies ieiunus trãsegit, Eucharistiam solum quotidie sumens, vt qui adfuit ei scriptor testatur citatus à Thoma Bozio. In ditione Tullensî puella duodennis sumptâ in Paschate Eucharistiâ, per triennium omni cibo abstinuit; vt scribit Sigibertus in chthonico. Marina de Escobar, magnæ sanctitatis virgo, ante paucos annos Vallisoleti mortua septuagenaria, non semel à grauib; febribus liberata est statim, post quam medicorum permissu S. Eucharistiam accepit. Hanc ob causam merito potest appellari Eucharistia, Arbor vitalis, ob viuificum eius corpus & sanguinem, prout

ser. 16.
6 p. vit.
cap. 9.

appellatur à sancto Theodoro Insula. Et à Deo Pare in quodam sermone S. Magister de Pado, appellatur etiam Cibus in Eucharistia. *Ab hoc uero quibus uariandis non deserviat. Et per eum recipiendo Diuinitatem, acciperemus magnam aquarum Dei. Si cum similia uelut eius sanabat infirmos Mar. 6. 7. quanto magis Eucharistia id præstabit suis contactu, que nobilitas, quam uelut Christi carnem continet. Si oleum Extremæ uicisionis sepe sanet corpora, præstat hoc & Eucharistia, quando id est necessarium pro Dei gloria maiore non quidem et sui institutione, sicut extremæ uicisionis Sacramentum, sed ex speciali Dei privilegio & fauore, dilectas sibi quasdam animas, ob sanctimoniam earum ita consolando etiam corporaliter, non quidem semper, & omnes, sed iuxta suam diuinum beneplacitum, concedens aliquando talia minus sanctis, non concedendo sanctioribus, ut scimus S. Iohanni Baptistæ, non fuisse datum donum patranda miracula. Ioh. 20. 41. et si eo nullus ferraxerit maior inter natos mulierum. Matth. 11. 11. Si cibus ille ab Angelo allatus Elizæ, per 40. dies & noctes eum sustentauit, quidni Eucharistia, framentum Electorum præstantius cibo Elizæ? Si caro Elisæ suo contactu uitâ reddidit cadaueri mortuo, quidni Christi caro conferuaret uitam, & morbos abigeret, ut notat S. Cyrillus Alex. Nam cum Christi caro quæ in Eucharistia sumitur, sit hypostaticè unita Verbo diuino, quod est uita essentialiter, & fons ac causa omnis uitæ creatæ, quidni, dum Deo placet, uitam conferuaret, & restauraret in morbis? Meritò ergo scribit S. Cyrillus Alexandrinus. *uiuificare Corpus Christi, & ad incorruptionem suâ participatione reducere. Nô enim alterius cuiusdam sed ipse uita corpus est, uirtutem Incarnati Verbi retinens. & plenum potestate illius, quo uniuersa uiuunt & sunt. Vnde mitum non est, puerum quendam filium uirtuarij Iudæi à parente in ardentem fornacem coniectum, eò quod vnâ cum Christianis in ædè B. Virginis Eucharistiam sumpserat uiuum, illæsum, conferuatum, & iam egressum, retulisse, se contra vim ignis protectum ab illâ cuius imaginem in templo uiderat. Ita scribit S. Gregorius Turonensis.**

3. Reg. 19.

1. 4. in

10a. c. 14.

1. 7. in

10a. c. 37.

1. de glor. mart. c. 8.

Tertio, Eucharistia prodest ad profectum animæ, quia corpori prodest, conferendo ei resurrectionem corporum, eo modo, quo bene explicatur ex PP. sententia à Suar. tom. 3. in 3. p. d. 6. 4. sect. 12.

Quarto, Eucharistia prodest, quia à corpore dæmones abigit, ut patet ex historijs Ecclesiasticis Coll. 7. c. 30. ex Cassiano.

Dicitur prodest Eucharistia ad profectum spiritualem, quia est efficax ad excitandum animi deuotionem, & charitatis firmitatem. Idem mentò S. Brigitta uide in spiritu Depictam pro quodam Domino uicium, & Filio suo dicitur: *De si Corpulentum, ut sentiat in se acutum, & delectatur in ea cum charitate feruore. Hinc enim pte sumpta excitar. Idem mentò S. Chrysostomus: Ex mense huius tremenda participatione, splendorem ignis exarsit, & non consumens. Ex qua spiritualis feruor procedit, non solus, sed cum speciali spiritus suauitate, ac dulcedine, quæ est gratia quædam actualis, ut S. Tho. & Suarez, & est communis Theologorum. *Cars mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Cibus autem & potus oblectant materialiter, ergo cum Conc. Florent. dicitur, hunc cibum spiritualiter conferre eos effectus, quos corporalis cibus confert materialiter, spiritualiter Eucharistia oblectat, Et ita Clem. V. cum Conc. Vienn. de reliq. & uenerat. Sanctorum; In hoc, inquit, Sacramento habetur omne delectamentum, & omnis saporis suauitas, ipsaq. dulcedo Domini degustatur: se ipsum enim format Dominus in esiam, ut ait S. Macar. h. 4. ut inenarrabili modo tranquillet & impleat animam lætitiâ spirituali. Quam in se expertus B. Laur. Iustin. de disciplina & perfectione monasticæ conuersationis, pulchrè disserens sic c. 19. col. 3. describit: *O quanta ibi delicia, quantus odor, qualia uerba, quam uehemens amor, quam casti amplexus gustantur, quis pro palare ualeat? Nil tunc ibi nisi dulcissima interioris hominis cantica, clamoris desideriorum, gratiarum actiones, laudum præconia, affectionum gemitus, resonat in laude dilecti. Pia etenim mens, tanti Sponsi lætificatione uenerando hoc mediante Sacramento, repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deicitur, lumine irradiatur, pace satiatur, roboratur fide, deuotione saginatur, atque indissolubili amoris, uinculo Redemptori interius copulatur. Ex quo feruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in temptatione prudentior, sollicitior in uirtute in administratione alacrior, nec non & in ipsius frequentatione efficitur ardentior. Talia nempe sunt munerâ tua, ô Domine Iesu, itaq. amoris encania; que amicis tuis deuotis & dilectis, per hoc sacrosanctum mysterium conferre dignaris, ut omnium transeuntis uitæ superent delectationem.***

Experientia autem docet, dum animus feruet, spiritualis lætitiæ & delectationis suauitate, eum aptum esse ad profectum in uirtutibus. Hinc Dauid dixit: *Viam mandatorum tuorum curri, cum dilatasti cor meum.* B. Bertr. dicebat, ut SS. Eucharistia sanctos nauigare instar nauis, quæ reatum habet in puppi. Idem exhortatur, ut qui non posset communicare, saltem iret ad templum, & se presentaret SS. Sacramento.



CAPVT DVODECIMVM.

Eucharistia Deo nos vnit.

Decimo tertio, prodest Eucharistia ad profectum, quia, vt ait Deus Pater S. Catharinæ Senensi. In perceptione SS. Sacramenti, anima Deo dulcius inhaeret, atque veritatem eius melius agnoscit: quia tunc anima est in Deo, & Deus in illâ, quemadmodum pisces in mari morantur, & mare in piscibus. Idem desiderium habuit ad matutinum tempus sequentis diei peruenire, vt Missam audire valeret, in quâ præter voluntatis affectum, vniter memoria piè Missam audientis, Christi passionis eius recordationem, à Christo Domino est instituta Eucharistia Sacramenti. Cor. II. 26. S. Basil. quærit: Quid proprium illorum, qui manducant Panem & bibunt poculum Dei? Resp. Seruare perpetuam memoriam illius, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Diuinorum Sacramentorum perceptio, inquit S. Ild. Pelosioa. idcirco Communio appellata est quia nobis communionem cum Deo conciliat, nosq; regni ipsius consortes ac participes reddit.

Decimo quarto, prodest, quia Eucharistia nõ in nostram substantiam, vt panis & vinum, sed nos quodammodo in eius naturam conuertitur, iuxta illud Augustini: Cibus sum grandium, crescit, & manducati me, nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Et Chrysostomus: Non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertimur, per cibum hunc efficitur, quem nobis largitus est. Et S. Leo: in illâ mysticâ distributione spiritalis alimonia hoc sumitur, vt accipientes virtutem celestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. Et S. Greg. Nyss. Sicut parum fermenti sibi assimilat totam conspersionem, ita Corpus à Deo morte affectum cum fuerit intra nos, totum ad se transfusum, & transfert. Quo beneficio Deus summam erga nos liberalitatem ostendit. Nam, vt ait S. Thom. Opus. 8. c. 5. In hoc expressio summe largitatis & præcipui amoris facta est. Magnū est quidem dare se in socium peregrinationis, & in seruum necessitatis, in autem in preteritum redemptionis, tamen tale donum adhuc est in aliquâ separatione ab eo cui datur. Sed cum datur in cibum, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodā vniõem. Vniuntur enim in vniõem corporis cibus & sumens. Ioa. 6. Qui manducant meam carnem in me manet &c. Et sic apparet in tali dono summa largitas Diuine bonitatis.

Decimo quinto, prodest Eucharistia, quia fideles per gratiam cum Christo capite, & inter se vnit. Instituta est in pane & vino, quæ sunt symbola vnitatis, cum panis ex multis granis, vinum ex multis acinis fiat, vt docet S. Thom. ex Augustino tr. 26. in Io. vbi etiam ab Augustino appellatur, Sacramentum vnitatis & charitatis, à B. Laurentio Iustiniano, Sacramentum vnitatis vniuersalem pacis, consorcium charitatis. Ministris meis, (id est sacerdotibus) inquit Deus S. Catharinæ Senensis Lancelij Opus. Tom. 2.

nenfi, exhibui solem administrandum, ipsis exhibendo scientie lumen atque calorem, videlicet vniuersi Filij mei verum Corpus & Sanguinem. Quod vique Corpus est veluti sol. Et hæc vnio talis est atque tãta, quod ibi nulla segregatio potest habere locum, sicut sol diuidi non potest, neque calor eius à luce, neque lux à calore ex vnione suæ perfectionis. Hoc etiam dicit Apostolus: Vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus: non solum per gratiam, sed re ipsa & corporaliter Christo vnimur, vt docent expressè S. Chrysostomus. Ita Valer. Vt ergo hoc primum punctum concludamus, verè dicere possumus cum S. Ambr. de Eucharistia, quod ille ait de Christo: Omnia habemus in Christo (omnia in Eucharistia quæ Christum habet) & omnia Christus est nobis, si vultus curare desideras, medicina est: si febribus aestuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si auxilio indiges, virtus est: si mortem times, vita est: si calum desideras, via est: si tenebras fugis, lux est: si cibum queris, alimentum est &c. Sic Apostolus: Factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia & sanctificatio, & redemptio. Et cum illo omnia nobis donauit. Ideo ob tanta bona, quæ confert, quotidie sumenda est. Meritò ergo Christus Dominus Luc. 11. 2. Panis quotidianum, quem alter Euangelista Matt. 6. 11. Super substantialem appellat, id est Eucharistiam, vt exponunt PP. petere iubens, quotidie enim nobis dari postulare iubet, inquit Abbas Isaac apud Cass. Quia panis iste nobilitatis ac substantiæ suæ qualitate super omnes substantias existens, atque omnes creaturas sublimitate magnificentia ac sanctificationis suæ excedens, quotidie sumendus est, & hec serna præbitio eius non sufficit, nisi nobis hodie quoque similiter fuerit attributus, omniq; nos tempore hanc orationem debere profundere indigentia eius quotidiana comunione: quia non est dies, quo non opus sit nobis huius esu ac perceptione, cor nostrum hominis interioris confirmare.

Denique vt B. Laurentius Iustinianus Christum Dominum alloquens scribit: Non semel tantum, sed quotidie te immolari, teq; sumi, complacuit tibi, quatenus sicut ex culpa debito, ac quotidianis facinoribus sine cessatione ad ima delaberetur, ita Sacramento tuo resedens, tuâ roboratus virtute, gratiaq; tuâ dulcedine recreatus corde & affectione eleuatur ad summa. Meritò siquidem per te erigitur ad te, & de se transiit in te, dum purâ mente, fide non fictâ, deuotione ignuâ, atque humili pietate, in se suscipit te totum, Deum verum, vitam verbum, splendorem gloriæ, beatorum præmium, Angelorum Dominum, cælestium æternæ lucis, & sine maculâ speculum sempiternum. Quâ (oro) ratione non transformatur totus in te, cum te, quem diligit, quem concupiscit, in se tenet, amplectitur, veneratur & laudat.

Porrò, vt ait Suar. Eucharistia maiorem gratiã confert homini melius disposito, non solum ex opere operantis, vt significat Victoria, Ledesma, sed etiam ex opere operato, vt docet S. Th. & alij DD. in 4. dist. 4. quos refert & sequitur Corduba. Et probatur à simili de Baptismi



1.4. fid.
cap. 10.

effectu adultis conferri solito ex Concl. Trident. sess. 6. cap. 7. & S. Damasceno. Dispositiones autem necessariae, supra enumeratae numer. 17.

SECUNDA PARS OPUSCVLI.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Cur ex usu Eucharistiae non proficiamus.

52.
h. 66. ad
Pop.

CVm ergo tot modis Eucharistia conducat quod illam tam saepe sumentes, non tantum proficimus quantum deberemus? & quod ait S. Chrysostomus: *Sacramenta suscipientes minus dignè, & illa & Christum traducimus, & quantum in nobis est, famia & honore priuamus. Quia nimirum non apparet in nobis fructus Sacramentorum talis, qualis praedicatur, & merito videtur culpabile fieri, vt Christus dicere possit illud Isaiæ: In vacuum laboraui, sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi; Ita fructus nullus apparet in nobis. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi, quare ergo non est obducta cicatrix filiae populi mei: vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Praesertim cum vt ait S. Thom. per hoc Sacramentum perficiatur spiritualis vita, ad hoc quod homo in se ipso perfectus existat, per coniunctionem ad Deum. Ego veni, vt vitam habeant & abundantius habeant.*

Isa. 49.
Ierem. 8.
Isai. 1.

53.
3. P. 9. 79.
a. 1. ad 1.
Ioan. 10.
c. 8. eccl.
hier.

Vnde merito S. Dionysius Areopagita, Eucharistiam sanctissimam ait perficendi vim habere. Supra quoque dixerat: *Eucharistiam vim habere maximam, omnia serè Sacramenta perficendi.* Et B. M. Magdalena de Pazzis: *Vnam Communionem bene factam aiebat sufficere ad animam faciendam perfectam.* Vt merito S. Dion. c. 3. Eccl. hier. inir. dicat Eucharistiam à S. Paulo appellatam esse *πρωτον τειλετην*. Sacramentorum Sacramentum, hoc est, omnium praestantissimum Sacramentum: & ait: *etsi vnumquodque Sacramentum vitas nostras in vniuersum illum statum quo Dñi efficiuntur, colligat, Deiq; societatem & vniotionem impertiat, ei tamen praecipua prerogatiua attribui nomen communionis & Synaxis, aliis Sacramentis, commune, quia nimirum aliorum Sacramentorum communionibus perfectio atque efficacia ex diuinis huius perficiendiq; vim habentibus donis accedit.* Hinc ait Eucharistiam dari post suscepta alia Sacramenta, quasi perficientem alia, & sine hac, manètia imperfecta. Quod non proficiamus ipsi fatemur, & experimur multi: quia post annos aliquot quibus communicauimus, celebrauimusque tam saepe, non sentimus nos meliores, imò proh dolor! sentimus nos quandoque deteriores, magis iracundos, minus obediētes, minus deuotos, minus hu-

cap. 94.

miles, quam in Tyrocinio fuerimus &c. Quae ergo causa? Non est attribuendum occupationibus vitae nostrae actiuae, haec enim non impediunt fructum Eucharistiae. Patet ex vitis nostrorum Patrum S. Ignatij, S. Xauerij, P. Barzai, P. Sylueriae; P. Mancinelli, P. Colnagi, P. Realini, & aliorum, qui perpetuo occupabantur in auxilio animarum, & erant sanctissimi & deuotissimi, & perpetuo crescebant in virtute. Experiuntur hoc etiam alij, qui has distractiones Dei causa subeunt. Quando S. Catharina Senensis, vt dicitur in vita eius c. 1. cepit Christi iussu agere cum hominibus, studio eos iuuandi, tunc creuit in ea deuotio, etiam sensibilis & tenera, & quasi infinitum desiderium SS. Eucharistiae. Si autem deuotionem sensibilem non impedit conuersatio, & similes vitae actiuae occupationes, multò minus effectum Eucharistiae, qui facilius acquiritur & conseruatur, quam sensibilis deuotio. Sanè plus potest gratia, quam natura, plus potest Christus per se & Deus, quam noster labor & ingenium; & tamen studendo diligenter proficimus, sumus doctiores in fine anni, etsi hebeti simus ingenio; communicando verò videmus nos non ita proficere, etsi ad communionem non tantum nos sed etiam Deus ipse concurrat magis, quam ad profectum nostrum in literis. Est enim caelestis Dei actio, inquit S. Dionysius Areopagita, omnis diuina nostra sanctificationis principium, essentia, perficiensq; vis. Et si sensus, qui est diuinum altare nostrum, diuina est diuinarum mentium consecratio, in quo, vt scripta diuina loquuntur, consecrati ac mystica omnino hostia, insular incensi accessum habemus, & cum Iesu sanctissimo sanctificet seipsum pro nobis, nosq; omni sanctitate compleat (vt idem eodem in loco S. Doctor ait) dum ea qua in eo dispensatione prouidentiaq; percipiuntur, ad nos vt à Deo generatos, scilicet benigne perueniunt, mirum est nos non sentire in nobis huius diuinae sanctificationis effectus, tam sancto cibo correspondentes.

54.

55.
c. 4. eccl.
hier.

Ego existimo causam esse quintuplicem: Primò, positiuam: peccata, quae committimus delibere ex supina negligentia ante & post receptionem Eucharistiae, illa enim feruorem charitatis & minuunt, & impediunt, vt docet S. Thom. & 1. 2. q. 81. retardant affectum hominis, ne promptè in Deum feratur: & profectum spirituale impediunt, vt idem S. Doctor docet alibi: Parue etiam negligentiae obsecurant animam & impedimentum faciunt amplius gratiae, inquit Richardus Victorius nos. Feror autem c. 35. item charitatis facit, vt acquisitis habitibus gratiae & donorum ac gratiarum Sacramentalium vtamur in occasionibus. Vnde qui à peccatis abstinere student diligentissimè, proficiunt, imò ad se proficere aduertunt. Ideo Apostolus ait: *Miseriam meam confiteor, quia ignorans feci: id est, quia non ex malitia peccaui, Deus illum facilius conuertit.* Quae de re S. 1. c. 1. in Gregor. in illud. Repleti prius, ro panibus scilicet collo-

collocauerunt, & famelici saturati sunt. Hac verba, inquit, contra negligentes Sacramenti altaris ministros, atque audaces Dominici Corporis susceptores, edisseruere dicit possunt, qui nimirum comedunt & saturari non possunt; quia licet Sacramentum ore percipiunt, virtute Sacramenti non replentur: à virtute ergo illud Sacramenti ieiunant, quia repleti fuerant. Saluta quippe fructum non percipiunt, in comestione salutaris hostie, quia ea, quibus se replerant flagitia portant in mente. Non saturantur ergo nisi famelici, qui à vitio perfecte ieiunantes, diuina Sacramenta percipiunt, in plenitudine virtutis. Et quia sine peccato electi etiam viri esse non possunt, quid restat, nisi à peccatis quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuaré se quotidie conentur. Nam qui quotidie non exhibuit quod delinquit, etsi minima sunt peccata, quae congerit paulatim anima replentur, atque ei meritò auferunt fructum interna suauitatis. Hac repletionem nos euacuaré Paulus insinuans ait; probet se ipsum manducare & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid enim est hoc loco probare, nisi euacuatà peccatorum nequitia se probatum ac purum ad mensam Dominicam exhibere. De repleto etiam subdit: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Qui ergo quotidie delinquimus, quotidie ad penitentiam lamenta curramus: quia ipsa sola virtus est, quae euacuat, quod in ventre anime culpa coadunat: & tunc verè famelici saturantur, quia quò studiosius mundamur lamento penitentiae, eò vberiorè diuine gratiae fructum recipimus in spirituali refectione.

Nemo igitur sit ludas in mensa, monet S. Chrysostomus; hoc sacrificium, cibus spiritualis est. Nam sicut corporalis cibus cum ventrem inuenit aduersis humoribus occupatum, amplius laedit, magis nocet, & nullam praestat auxilium; ita & iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sanatur, sed accipientis vitio. Pura igitur sit mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est. Sanctam animam preparemus, & hoc non multo tempore, sed vnà corrigitur die. Nam si tibi contra inimicum tuum dolor est, solue iram inimicitias laxa, vt remedium de mensa percipias.

Secunda causa est negatiua, quia occasiones virtutum, quae se offerunt, negligimus, non faciendo earum actus, verum est autem illud: Facienti quòd in se est. Deus non denegat gratiam: auxiliis diuinis cooperanti & habitibus internis bene utenti, Deus dat auxilia vbertiora, maiora, efficaciora ad frequentandos nouos & nouos actus, per quos augetur eius profectus spiritualis.

Verum enim uerò, cauenda est omnis negligentia in susceptione Eucharistiae. Nam S. Th. S. Antoninus, Sylo. Paludan. Caiet. Alexander Aletis, S. Bonaventura, Petrus Soto, Marsili. dicunt, voluntariam distractionem, seu peccatum veniale, quod committitur tempore quo sumitur Eucharistia, & quod impedit actualem deuotionem in percipiendè, etiam non impedit auerentiam gratiae & charitatis, quae datur ex o-

perato operato ob Christi merita, tamen impedit aliquos effectus Eucharistiae, & omnino impedit maius meritum, & effectus qui non peccanti dantur ex opere operantis. Et ita S. Bonau. Si, inquit, ex quodam torpore vel ex distractione non se debite prepararet, aut nullam aut modicam reportat efficaciam, quamuis non incurrat mortalem offensionem. Quamquam Aletis id vniuersaliter affirmet de efficaciam Sacramenti, idque rationibus confirmat Valq. etiam postea id refutet c. 2. Et quamuis Suar. contrarium sentiat, cum tamen id non sit omnino incertum, timendum est. Vnde Christus de quodam damnando loquens S. Brigittæ: Quamuis me sumpsit continè, non tamen ex hoc multum meliorabatur, quia non se preparauit vt debuit. Qui enim colligere vellet hospitem bonum, & Dominum, preparare debet non solum hospitium, sed etiam omnia vniuersalia, sic non iste, qui etsi mundauit domum, non tamen scopauit eam reuerenter & diligenter, nec pauimentum strauit virtutum floribus: nec vniuersalia membrorum suorum impleuit abstinentiis. Caue, inquit S. Bonaventura, ne nimis tepidus & inordinatus atque inconsideratè accedas, quia indignè sumis, nisi accedas reuerenter, circumspèctè, & consideratè. Et vide, ne propter tumorem aut vanam gloriam aut consuetudinem, aut alicuius mundane complacentiae aut temporalis fauoris respectu accedas, sicut multi diebus isti abutuntur ad sui perditionem, eo quod est datum ad salutem. Idem: qui tepidè & inuotè & inconsideratè accedit, iudicium sibi manducat & bibit. Et eadem verba transtulit S. Bernardinus Senensis citans S. Bonaventuram.

Tertia causa est, affectus ad res terrenas in conuersatione, in recreationibus &c. Deus non dedit Manna, nisi quando cibaria Aegypti defecerunt. Manna defecit quando fructus terrae promissae gustare ceperunt. Sic sollicitudo temporalium, cupiditas commoditatum, honorum, distractiones, ira &c. effectum Eucharistiae cibi impediunt, ne efficiat, quod posset. Anima saturata, (scilicet mundanis) calcabit fauam, (Eucharistia). Non est dare vacuum, ait Deus S. Catharinæ Senensis, vnde si quid aliquà re materiali vacuum est, impletur aère: simili modo cor est vnum vas, quod nullo modo vacuum esse potest: sed extractis inde rebus transitoriis per amorem inordinatum illud repletur aère: videlicet amore diuino & caelestium, cum quo peruenit ad aquam gratiae.

Quarta causa est, exiguum desiderium, cum quo accedimus ad Eucharistiam. Panis iste, inquit S. Augustinus, interioris hominis querit esuriam: vnde alio loco dicit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Iustitiam verò nobis esse Christum Paulus Apostolus dicit. Ac per hoc qui esurit hunc panem, esuriat iustitiam, sed iustitiam quae de caelo descendit. Pulchro exemplo id explicauit Deus S. Catharinæ Senensis: Si plurimi, inquit, portarent candelas ad accendendum, & vna ponderis esset vnus vncia, alia duarum, siue sex, vel vnus libra, & quamuis omnibus accensis, in qualibet parua

Pal. q. 1. 2.
2. con. 3.
n. 11. c. 1.
Cai. 2. q. 113. a. 3. &
3. p. q. 79.
a. 8. Al. 3.
p. q. 10. in
8. a. 3. B6.
in 4. d. 12.
a. 2. q. 1. ia
1. p. dist.
in 4. d. 12.
p. 2. a. 1.
q. 1.
V. 3. p. q.
79. a. 8. d.
2. o. c. 1.
S. 10. c. 1. in
3. p. d. 73.
1. 2. c. 3.
Reu. c. 2.

60.

in Breuil.
p. 6. c. 9.
co. 1. f. 50.
a. 2. c. 5.
61.

Prou. 27.
7.
dial. c. 54.

62.
tr. 2. 6. in
Ioan.
March. 5.
1. Cor. 13.

dial. 6.
110.



Et magna totum lumen accipias, videlicet, calorem, colorem, & ipsum lumen accipias, indicabis tamen quod minus de lumine accipiat ille, qui candelam parvam accendit, quam ille qui maiorem. Ita contingit in hoc Venerabili Sacramento, de his qui recipiant illud, & eorum candelas afferunt, videlicet sanctum desiderium cum quo recipiunt ipsum Venerabile Sacramentum. Atque tantum accipitis ex isto lumine, quantum de materia sincere dilectionis & amoris, & igniti desiderij portatis, quamuis totum in veritate recipiatis. Tantum ergo percipitis ex isto lumine, videlicet de gratia, quam in isto venerando Sacramento recipitis, quantum vos cum sancto desiderio disponitis ad recipiendum. Quocirca, ut monet S. Ioan. Damascenus, Accedamus ei desiderio ardenti, & diuinum carbonem, (scilicet Eucharistiam, de qua ibi loquitur) concipiamus, ut ignis in nobis, assumens eo ex carbone ignitionem, comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione diuini ignis igniamur & desicemur. Carbonem vidit Isaias, (c. 6.) carbo autem simplex non est, sed vnus ignis. Sic panis Communions, non panis simplex est, sed vnus Diuinitatis, & corpus vnium Diuinitatis. Merito ergo tam prestans cibus exigit summum deuotionis & feruoris affectum. B. M. Magdalena de Pazzis apud Pucci. 4. p. vit. c. 13. in raptu, vidit Ordines Religiosos significatos per multas semitas, ornatas arboribus & vitibus, & in eis vidit aliquos Religiosos passu vnus, & eos esse, qui cum magno feruore & gustu sumunt Eucharistiam, & magnum inde fructum percipiunt. Alios vidit euellere vites, & earum loco plantare spinas: & hos esse, qui communicant casu, cum exiguo vno nullo gustu, & nullum fructum capiunt, quia Iesus transit per illos, & non subsistit in eis: ideo tales non produunt in Religione aliud quam spinas peccatorum. De B. Catharina Genuensi in eius vita scribitur: Exoptabat, ut sibi cum ingenti gustu & deuotione tres illas Missas, que in Natali Domini ex more Ecclesie celebrantur, dicere liceret, adeoq; non erant in hoc mundo, quorum conditioni inuideret, nisi Sacerdotum, eo quod hoc Sacramentum corde possent excipere, ac manibus tradere, sicut vellent, quod supra altare in manibus Sacerdotum cospiciens, intra se dicebat: Ah, cito cito trans mitte in innumum cordis mei, quoniam cibus ipseus est. Vix poterat tolerare, ut extra cor vel breuissimo spatio consisteret, ferme tabescebat donec recepisset; vnumquemq; putabat talem inde gustum & lenamen percipere cuiusmodi ipsa. Merito tanto Eucharistie desiderio ardebat, quia, ut scribit S. Chryost. ep. 2. ad Olympiadem diaconissam, ij qui amant, eo solo contenti non sunt, quod animarum vinculis inter se constringantur, neque hoc ad consolationem sibi satis esse ducunt, verum etiam corporis presentiam requirunt. Quia si careant, haud exigua pars voluptatis successa est.

1. 4. fid.
cap. 14.

cap. 3.

Th. in 4.
d. 12. q. 2.
a. 1. q. 1.
3. C. 1. s.
P. 9. 79.
a. 1. 30.

Quinta causa, esse potest, si in ipsa sumptione peccet, quis venialiter, vel ob finem vanum, vel ob irreuerentiam culpabilem, quia et si sententia communis contraria sit, tamen dixit S. Thomas, Caiet. & Petrus de Soto in lectioib. is, &

plures alij supra citati, tunc perdi mericum & fructum, qui datur ex opere operato.

Merito ergo S. Chryostomus exclamat, *Quid facis o homo?* Quando Sacerdos stat ante sacra mensam, manibus in celum extensis, inuocans Spiritum S. quando Spiritus gratiam suam tribuit, quando descendit, quando ouem maceratam & diuisam carnis, tunc tumultum, tunc turbas excitas: Quomodo sacrificio hoc perfrui potes, cum tanto tumultu & strepitu ad mensam hanc accedens? Non sufficit nobis peccatis contuminas accedere, sed ipsum etiam accessus momentans non sinimus a peccato liberum praterire &c. Vbi cauaerit, ibi & aquila. Occisa est haec hostia propter te. Nos autem non vi aquila, sed vt canes accedimus. Tanta nostra est impudentia. Omnia, vt dixit Deus Pater S. Catharinae Senensi, circa salutem & perfectionem hominis necessaria, pretiosus iste sanguis operatur, dum tamen indispositio recipientis non impediat. Quia sicut vitam exhibet, & animam omni gratia dotat & ornat, modicum vel abundanter, iuxta dispositionem & affectum illius qui recipit, ita mortem inseri illi qui vult iniquē.

TERTIA PARS.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Quibus in rebus profectus noster per usum Eucharistiae apparere debeat.

Respondeo, primo caueamus vitia linguae, siquidem lingua tam sanctum cibum attingimus. Hac consideratione S. Chryostomus, ad hoc ipsum se excitabat. *Quo non oportet te esse puriorem fruentem tali sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manam, carnem hanc diuidentem, quod igni spirituali repletur, linguam que tremendo nimis sanguine rubescit?* Et: Per has portas Christus ingreditur cum communicamus. Non vulgari quodam honore nostrum afficitur, cum Corpus Dominicum excipit. Audiant, qui obscena loquuntur, qui conuicia proferrunt, ac obrescant, cogitantes quale os turpen ac dedecorent; Et infra loquens de ore sacerdotis alios docentis caelestia: *Audi, quae Oraacula Christi per os tuum ediderit, atque illud ab omni macula purum conserua.* Os istud vel ipso quoque propitiatorio augustius, atque terribilius existit. Nam propitiatorium illud nunquam eiusmodi vocem emittebat, verum de rebus inferioris momenti, nimirum de bellis ac terrina pace; hoc autem omnia de celo, & futura vna, rebusq; nouis, ac mentis captum excedentibus. Et: *Quicumque sis, manum tuam expurga, & castiga linguam, & labia, quae ingressuri Christi suere vestibula.* Quo etiam motiuo turpiloquium execrandum ait pluribus in locis, ne eo os nostrum polluamus tanquam stercore verborum obscenitate recipientes vnguentum Dei fragrantissimum, vt loquitur. Et alio in loco increpat vehementer eos, qui linguam suam, quam ait Dei esse thuribulum, im-

implent fimo turpium verborum. Et alibi, ta-
 lium ora appellat *Clocas sordidissimas*. De Non-
 na mare sua scribit S. Gregorius Nazianzenus,
 quod nec aurem nec linguam res diuinas accipientem,
 partim proloquentem, et hinc narratiombus, ac thea-
 tricis cantibus contaminari passa est. Si ergo lingua,
 quia res bonas loquitur, hanc ob causam custo-
 dienda est a proferendis rebus profanis, quan-
 to magis ob Christi Corpus quod tam sepe tan-
 git & accipit. Sed efficacius hoc ipsi alibi pon-
 detur idem S. Chryso. Os habes spirituale obfi-
 gnatum Spiritu S. cogita que sit oris tui dignitas. Pa-
 trem vocas Deum, & Patrem mox vituperas? Cogita
 quid mens dignatum sit os tuum: que contingat, que
 dixerit, quo cibo fructur (scilicet Eucharistico)
 perpende cum quibus tempore mysteriorum astes, nempe
 Cherubim & Seraphim: Seraphim neminem vitupe-
 rant, sed vnus & idem vsus ora illorum adimplet, nempe
 benedicendi & glorificandi Deum: quomodo ergo
 potes, cum illis dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus: qui ore
 tuo ad vituperium abuteris? Dic, que lo si vasculo Regis,
 quod semper cibos habeat regios, & ad illos ordinatum
 su, ad sterora ministrorum quisquam abuteretur, an
 auderet istud cum reliquis ad eadem edulia deputatis
 sterore referunt demum reponere: nequaquam. Atqui
 eiusmodi est quod Fratres accusas, quod vituperas, ita
 que te ipsum sordidum reddis, & pollutum. In celo con-
 sistis, cum Angelis conuersaris, osculo Dominico digna-
 tus es: Tot ac tantis rebus os tuum adornauit Deus, vi-
 tate hymnis Angelicis, cibo non tantum Angelico, sed
 etiam Angelicam dignitatem superante, osculo suo, cõ-
 plexibus etiam suis, & vituperas?
 Cum S. Gertrudis virgo, Post sumptam Com-
 munionem renoueret quantã diligentia os esset obser-
 uandum, quod precipue inter alia membra est recepta-
 culum preciorum Christi mysteriorum, hac similitu-
 dine elocuta est à Domino: si quis non obseruans os suum
 à verbis vanis, falsis, turpibus, detractoris & similibus,
 impetens ad sanctam accipit communionem, tali
 modo suscipit Christum (quantum in se est,) sicut qui
 hostem in ipso ingressu lapidibus in superliminari
 congregatis obrueret, vel veste duro caput eius obtunde-
 ret. Merito ergo B. Petrus Damiani: Faceat ab ore
 militis Christi omnis vani rumoris ineptia, & lingua
 que immaculati Agni, imò Summi Verbi rubet san-
 guine, indignetur otiosi sermonis sese fecibus inquina-
 re. Noli cuiquam detrabere. Et Philo. Nefas est enim
 per os, quo profertur nomen illud sanctissimum (scilicet
 Dei) quidpiam turpe progredi.
 Sed non satis est carere lingue vitii, opus est
 eam ornare diuinis & sacris sermonibus B. M.
 Magdalena de Pazzis apud Puccinum 4. p. vit.
 c. 4. in raptu Deo docente dixit: Sicut qui vinum
 copiose bibunt, eructant; sic anima Christi sanguine
 mbrata eructat ex ore diuinas laudes, gratiarum a-
 ctiones, & pre vehementia amoris qui regnat in corde
 eius prorumpit lingua in verba sancta & exemplaria
 proximis, & quidquid dicit redundat in honorem Dei
 & vilitatem animarum. Immo audeo dicere, nun-
 quam audietur loqui verba infructuosa, & vana; Hoc

est, quod monerat S. Petrus primos Christia-
 nos: Si quis loquitur quasi sermones Dei. Et S. Basil.
 ait: Qui sancta communicat, ut canere laudes Deo de-
 bet. Non decet linguam Deo dicatam profanis
 maculari. Nam, vt dicebat S. Macedonius a-
 pud Theodoretum, *Que sunt Deo dicata, sunt om-
 nibus veneranda, & que a vulgo sunt minime contre-
 ctanda.*
 Secundo, caueamus vitia gulæ. Cibus iste cæ-
 lestis hoc præstet in nobis. Tu prius quam commu-
 nicas, inquit S. Chryso. ieiunas, vt quomodo cunque
 dignus appareas: quando autem communicaueris, cum
 te oportet magis augere temperantiam, omnia perdis.
 Atqui non sunt paria, esse sobrium & temperantem,
 maxime autem postquam sponsum exceperis. Antea
 quidem vt sis dignus accipere, postea autem ne appareas
 indignus iis, qua tu accepisti. Quid ergo oportet ne ieiu-
 nare, postquam accepers: non hoc dico, neque te cogo. Nã
 est quidem hoc quoque bonum: sed non ad hoc tibi vim
 facio, sed suadeo, ne te deliciis ita impleas, vt sis inex-
 plebilis. Simile quid suadet S. Hieronymus ep. 13.
 ad Paulin. Qui Christum desiderat, & illo pane
 vescitur, non querit magnopere de quã pre-
 tiosis cibus stercus conficiat.
 Tertio, crescamus semper in charitate cum
 Deo, & proximo: Cum Deo, quia effectus hu-
 ius cibi est vitam conferuare, nutrire & augere,
 & quia ideo, vt notat S. August. Dominus noster
 Iesus Christus, Corpus & Sanguinem suum in eis rebus
 commendauit, que ad vnum aliquid rediguntur. Ex
 multis namq; granis vsus panis efficitur, & vinum ex
 multis racemis conluit. Ita omnes limus concor-
 des & amici. Nam si nefas est, vt inquit S. Chry-
 so. tom. eum ad mysteria accedere qui mimicos habet,
 multo magis nefas est eum qui charitatis cibum diui-
 num sumit, inimicum cor gerere erga alios, sepe etiam
 contra amicos. Hoc ponderans S. Gregor. Nyssen-
 us circa illa verba: Exiit sanguis & aqua, Pau-
 ca inquit, gutta sanguinis Christi totum mundum re-
 staurantes, sunt hominibus quasi coagulatum lactis, illos
 cogentes & coniungentes in vnum. Quid ergo non
 faciat totus Christi Sanguis in Eucharistia hau-
 stus à nobis? S. Chryso. h. de laude Dei tom. 5.
 Mensa, inquit, Eucharistica etiam perditissimorum
 hominum mores immutat, efficitq; ex his qui feris be-
 stis seuiendo fuerint immantiores, quibus ipsis man-
 suetiores. At nos talis mensa & cibi participes facti, in
 nos inuicem arma conuertimus, cum potius id in-
 strum illum & communem hostem moliri oporteret.
 Quã ex re ille, nobis infirmioribus effectus fortior reddi-
 tur, dum ipsi nos, iuuante aduersario, mutuo quodam
 insultu oppugnamus: eodemq; vimur ad huiusmodi
 in nos aciem instruendam ducere, cum bellum illi inferre
 esset decentius: nunc vero hoste omisso, in fratres sagi-
 tas intendimus. Quas inquiet aliquis sagittas narras?
 illas dico, que ex ore emittuntur & lingua, siquidem
 non solum telis & spiculis, verum & verbis aciora
 vulnera infliguntur, quã soleant sagittis infligi. Huc
 spectat. Responsum S. Bernardi datum quibus-
 dam Religiosis: Interrogatis quidnam consulam
 homini,

Moral.
 Reg. 21.
 cap. 4.
 Rel. hist.
 cap. 13.
 64.
 h. 2. 7. in 1.
 Cor.
 65.
 tr. 2. 6. in
 Ioan.
 h. 5. in 2.
 Coriut.
 l. de præ-
 cepto &
 disp. c. 26.



homini, qui aduersus quempiam commotus fuerit, sed non aded, vt eum ledere velit ipse, aded tamen, vt libenter accipiat si quo modo aliunde ladi contigerit: sicut videlicet tutum, ita commoto accedere ad altare, an se subtrahere interim debeat, donec compescatur commotio. Nunquam mihi contingat turbatum ad pacis accedere sacrificium: cum ira & disceptatione contingere Sacramentum, in quo Deus indubitanter est mundum reconcilians sibi. Certe non recipitur munus quodcumque meum quod defero ad altare, nisi ante placato fratre, quem me forte lesisse meminero: quantum minus si me ipsum non pacauero prius? Excludendus est ergo omnis commotus contra proximum animi affectus, ante sumptionem SS. Eucharistiae, & ea sumpta non admitteendus. Non dicas te esse iniuria affectum, id eo que irasci, quia, vt dixit in quodam raptu B. M. Magdalena de Pazzis apud Puccinum 3. parte §. Tertia nocte. Per Eucharistiam, omnes virtutes infunduntur, sed maxime illa aded necessaria patientia, electuarium omnis virtutis. Sane si Miphoboseth bonis Saulis a Davide, cuius erat nepos, donatis, per Sibae famuli calumniam spoliatus 2. Reg. 16. 4. aequo animo tulit hoc damnum 2. Reg. 19. 28. Tu, inquit Regi Davidi Miphoboseth, posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensae tuae, quid ergo habeo iuste querela: aut quid possum ultra vocari ad Regem? Et cum dixisset Rex: Tu es Sibae, diuidite possessiones: respondit Miphoboseth Regi: etiam cuncta accipiat. Quantum magis nos debemus amare inimicos nostros, etiam eos, per quos exuti sumus bonis omnibus, quia facti sumus conuiuae mensae Dei, & in illa ipsam Dei carnem habentes pro cibo Dei, sanguinem pro

66. Quarto, hanc charitatem erga Deum vsu Eucharistiae demonstramus, in fuga peccatorum, resistendo inimicis Dei, qui nos ad peccata pertrahant. Absalom ad defectionem a Davide, & ad bellum contra eum capiendum, populum adduxit conuiuus lauitis, quae immolando victimas exhibebat 2. Reg. 15. 12. Mouent epulae ad talia. Ided, vt notat S. Chryostomus h. 41. in Ioan. & Theophilac Euthym in c. 6. Io. Iudaei tot miraculis Christi visis, non quaesierunt illum, ad regnum vt eueherent, non cessarunt eum carperere, non agnoscebant eum ita facile vt Prophetam, nisi postquam panis eos panibus multiplicatis. Sic Cyrus apud Herodotum epulo populum Persarum concitauit, & ad excutiendum iugum Medorum, & ad imperium illi extorquendum conuertit. Quidni faciat hoc epulum diuinum, vt excutiamus iugum diaboli, & Deum in Regem nostrum asciscamus. Qui de sacro calice bibit, inquit S. Cyprianus, amplius sitit, & ad Deum vinum erigens desiderium ita singulari fame, illo vno appetitu tenetur, vt deinceps sella peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei quasi rancidum, radensq; palatum, acuta mordacitate acetum. Quid est, inquit S. Bernardus,

f. de coena
Dom.

f. 3. in Pf.
90.

manducare eius carnem & bibere eius sanguinem, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne, scilicet caelestem, immo diuinam. Vnde & designat ilitatum illud altaris Sacramentum, vbi Dominicum Corpus accipimus, vt sicut videtur illa panis forma in nos intrare sic nouerimus per eam quam in terra habuit conuersationem, ipsum intrare in nos, ad habitandum per fidem in cordibus nostris. Cum enim iustitia ingreditur, ille ingreditur, qui factus est nobis a Deo Patre iustitia. Ad hoc nos inducit sacrificium illud formidandum & admirabile, inquit S. Chryostomus, quod iubet nobis, vt aquila in hac vita facti, ad ipsum calum euolemus, vel potius supra calum. Vbi enim cadaver, inquit illic aquila, aquilas autem appellat, vt ostendat, ad alta eum oportere contendere qui ad hoc Corpus accedit, & nihil cum terra debere ei esse commune, nec ad inferiora trahi & repere, sed ad superiora semper volare, & in splendore iustitiae intueri. S. Cyrillus Alexandrinus l. 2. Glaphyrotum in Exo. de hostia agni sic ait ad Eucharistiam accomodans: Non delectatum neque dissolutum videri vult eum, qui iam per Christum est sanctificatus, sed lex eum tali induit habitu, qui viatoribus conuenit: haec nimirum duo insinuans: nempe, quod aut ista quae sunt in typo & umbra posita, tandem ad veritatem traducenda sint: aut quod oporteat eum qui semel communicauit Christo, quasi incitato ardentis animo ad omnem virtutem contendere: & istam quae in mundo est abominabilem voluptatem praeferre. Continuo autem causam adducit, quare oporteat Christianum, qui iam a nobis descriptus est, talem videri, Phasae, inquit, Domini est hoc est, Transitus. Transimus enim a vita mundana in conuersationem Deo acceptam. Et S. Paulinus ep. 9. Christus factus est nobis in escam, vt eo pane viuentes, & secundum eum ambulantes, possimus iuxta Apostolum dicere: Nostra autem conuersatio in caelis est. Hic est Eucharistiae effectus inter alios. Quocirca S. Chryostomus h. 26. in 1. Corinth. Dum in hac vita sumus, vt terra nobis calum sit, facit hoc mysterium.

Quinto, quia cibi proprietates corpus nostrum induit, sic nos toties diuino cibo refici soliti, Deum, tanquam diuini & Deo pleni homines, spiremus in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus nostris. Deus sit finis nostrarum omnium actionum internarum, & externarum: Modus eas peragendi sit diuinus: Dei odorem semper spargamus. S. Chryostomus dum ponderaret orationem Ecclesiae, quae fiebat pro catechumenis, & in ea illa verba: Vt dei ipsi mentem diuinam, castam cogitationem, vitam cum virtute coniunctam. Quid est, inquit, diuinam? hoc est, vt Deus in ea inhabitet: Nam cum mens iustitia praedua est, ac peccata exiit, Dei domus efficitur. Cum autem in ea domicilium sibi constituit, nihil post haec humanum erit, sicq; diuina mens redditur, diuinitus omnia proloquens, ac velut domus Dei in ea habitant.

Scribit Puccinus 6. p. vit. cap. 3. dictum B. M. Magdalena de Pazzis, Christum Eucharistiam intrasse, vt per hanc vnionem non tantum eius caro

sed tota caro, vel massa natura humane, in tot qui illam recipiunt dignè: certo quodam modo Desiccetur, communicando animæ gratiam per hanc unionem, per quam suo tempore corpora resuscitata Desiccantur, & transformantur in ipsam claritatem carnis Christi. Et scias maiorem gloriam accidentalem in suâ carne glorificatâ habitura corpora eorum, qui dignè frequentarunt hunc diuinum cibum, & eo sunt nutriti, quam alij (si in alijs essent pates) qui non sunt ita nutriti hoc cibo. Et ut glorificaret hoc modo suam carnem memum Verbum, in vltimâ cenâ sumpsit sacramentaliter sumpsit, ut etiam per hanc viam communicaret cum illâ communicans suæ carni gloriam, quæ ob tot titulos ei debebatur. Et S. Basil. inquit: Ratio quamobrem Corpus Domini manducari & Sanguis eius bibi debeat, commemoratio sit obedientiæ Domini vsque ad mortem, ut qui viuunt, non iam sibi viuunt, sed ei, cui causa nostrâ mortuus est & resurrexit. Ad hæc omnia Eucharistia sumptione suos excitat egregiè S. Theodorus Studita: Vos fratres charissimi, condiscipulis mansueti, ac pacem largientes heri placidè mansuetiq; degite, pacem amplexi cum omnibus, & sanctimoniam, siue quâ Deum conturbetur nullus, maxime reueriti Dominicum Corpus & Sanguinem, quo sumus potiti: Quamobrem ne cui imbutus est animus donis sine macula, tumultibus, insanîa, sedis desiderijs imbutatur, ne os immortalis hausto fonte, sordidos sermones, ac cloacas manes edat, neie oculi angusto sanguine piati esferum cernant, & aspectus meretricios figant, neie manus sacris contractatis opibus, quæ nefas attrecent, quin cuncta membra prouide ac Christi membra custodiantur atque seruentur.

Hic est vnus ex effectibus SS. Eucharistia. Inoc. III. de myster. Missæ l. 4. c. 4. Mysterium crucis eripit nos à potestate peccati, mysterium Eucharistia eripit nos à voluntate peccandi. Hoc præstabitur, si Angelicam puritatem emulabimur, præsertim nos qui Sacerdotes sumus. De quibus Deus S. Catharina Senensi ait: Eos veluti flores odoriferos in corpore S. Matris Ecclesia collocant, dignitatem istam præcul dubio non habent Angeli, quam hominibus ita gratiosè concessi, videlicet illi quos ad huiusmodi ministerium elegi, quos velut Angelos terrestres esse volui in vitâ præfenti: multo amplius à ministris huiusmodi meis exigo puritatem interiorem & exteriorem, ad auorem ad me similiter & ad proximum suum, ministrando Corpus & Sanguinem Virginitatis Filij mei, cum igne charitatis, atque fame salutis animarum, ad laudem & gloriam mei nominis. Sicut enim isti Ministri requirunt & volunt habere puritatem atque munditiam in calice, vbi sit hoc Venerabile Sacramentum, siue sacrificium, ita requiro puritatem & animæ munditiam in eis. Et corpus eorum velut instrumentum anime volo, ut in puritate seruetur. Et alibi: Noueris amantissima Filia, quia tantam puritatem ab eis, ac etiam à vobis in isto Venerabili Sacramento requiro quantum in vitâ præfenti homo habere potest. Et si possibile foret, expediret etiam ipsam Angelicam naturam in hoc Venerabili Sacramento purificari, sed omnino purificatione non indiget, quoniam in

Angelo peccati venenum occurrere non potest. Sanè si hom. 15. quæ in domo inquit S. Macarius, Principes habitare ceperint, quæ sordes aliquas contraxerit, preparatur illa, varijsq; modis exornatur, ac effunduntur aromata: quantum ampliori domus anima, in quâ Dominus requiescit, ornamento indiget, ut illam ingredi, atque ibi habitare possit, qui sordibus omnibus ac reprehensione caret. In eiusmodi enim corde Deus ac vniuersa celestis Ecclesia requiescit. Si Redemptor noster, tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, ut non modò de virgine vtero nasceretur, sed etiam à nutritio virgine tractaretur, inquit B. Petrus Damian. l. 1. ep. 6. & hoc, cum adhuc puerulus vagiret in cunis, à quibus nunc obscuro tractari vult Corpus suum, cum iam immensus regnat in calis & si mundis attingi manibus volebat in præsepio positus, quantum corpori suo nunc vult adesse mundiciam iam in paternæ Maiestatis gloria sublimatus: Fides pura, inquit S. Cyprianus, mens sincera hunc habitorem delectat. Et, ut monuit suos Auditores S. Chrysostomus, Mens ad Eucharistiam accedentis, debet esse ab omni maculâ & labeculâ pura, & illicitos cogitationum assulus repellens, & familiaritatem subueriens. Tales erant primi Christiani, qui sumptione Eucharistia ad puritatem infantium perueniebant. Vnde S. August. de talibus loquitur tr. 25. in Ioan. Qui manducat hunc panem, inuisibiliter renascitur, inuis infans est. Ad hoc aspiremus. Nam si Rex Babylonis, inquit S. Chrysostomus h. 6. ad pop. Ex captiuitate delicens adolescentem, pulchros specie & decoros aspectu sumpsit, multo magis & nos sancta mensa assistentes regia, specie pulchros esse decet, vestem puram, calcamenta regia, decorum anima vultam, aureum ipsius ornamentum, esse indutos singulum veritatis. Talis accedat & regio tangat calices. Hoc in simili occasione etiâ Echnici docuerunt. Porphyrius lit. I. de abst. fin. Cum sit vobis cum Deo, qui solus super omnia, & ultra incorpoream naturam eminet, conuersandum, debemus omnimodâ castitate illi accedere: interea vix cuiusquam sensum facere corporeum si probe & sanctè viuamus. Quando enim omnium Pater simplicior & purior, & sibi sufficientior (quasi longè à materia contagione seiunctus) tantò etiam, qui ad illum accedet, omnimodè purus & castus esse debet, incipiens à corpore, & in singulas interioris hominis partes desinens: quibus omnibus presentibus, cuiq; pro suo modulo & natura conditione castitatem distribuat.

Quoniam verò Deus nos suo corpore & sanguine pascit, & tam miro conuiuio excipit, & nos quoque, ut monet S. Theodorus Studita, Iesum ad epulas inuitemus. Iam qui sunt fructus: amor, gaudium, pax, lenitas, benignitas, beneficentia, fides, mansuetudo, constantia, hæc huic epula, hæc inuitatio est. At felicem, qui eum pascat, à quo perennis bonis pascatur: felicem, qui inuitet, à quo in celesti regno redimetur. Vah! qui hic lecto capiat Regem gaudet ac triumphat: quò magis Regem Regum ac Dominum Dominorum? Io. 14. c. quidem hæc eius iudicio est sententia: Ego & Pater veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Hanc mansionem ostendat profectus

f. de cœna
Dom.
h. 24 in
Gen. fin.

71.
ser. 62.

Etus nosse in bene operando. Quae de re S. Cyrillus Alex. l. 2. Glaphyrorum in Exo. 2. de hostia Mosaii agni agens: *Rarum, inquit, precipit, ut agnum festinanter edant: quo ostendit, me segnis aut remissus in bene operando appareatis, qui Christi particeps factus sit, sed diligentiam & ardentem sedulitatem in iis, quae putat sibi praefutura adhibeat.* Ideo B. M. Magdalena de Pazzis, in quodam raptu apud Paccinum 4. p. vit. c. 21. dixit: *Ego quae saepe communico, (quotidie enim communicabat) debere acquirere in sex diebus illam perfectionem, quam acquirit Christianus communicando sexies in anno: quia toties intra sex dies recipio cibum vitae.* Et: *Sanguis procedens ex Agnello Verbo debet mutare communes potentias: Memoriam ab omni re quae possit redundare in eius utilitatem, & figere illam in perfecto & integro velle tuo. Debet mutare intellectum, in omni capacitate rerum terrenarum, quam habet & convertere in ignorantiam, & facere capacem excellentiae & perfectionis vocationis sua. Debet mutare voluntatem, ut relinquat omnem affectionem, quam fixit in rebus infra Deum, & in creaturis creatis ad imaginem eius. Velle sponsus meus, & sponsus noster, ut sponse eius tales essent, ut in quavis minima re earum, respiceret gratiam eius, & in nulla re posset quicquam opponi ad eorum perfectionem. Oportet in omnibus nutriri sanguine, ad habendam in nobis tam completam virtutem. Vident haec Sacramenta pauperes spiritu, inquit S. Cypr. & hoc vno contenti serculo omnes mundi huius delicias aspernantur, & possidentes Christum, aliquam huius mundi possidere supellestem dedignantur. Cum saturati fuerint, vide quid agant: intellige quae loquantur, quam sancti odoris sit, quicquid illa eructat plenitudo: verbum bonum, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior sinceritas ubique diffundit, ita ut post odoramenta ista gratiae huius participes discurrant, & mutuis se ad inuicem affectibus complectantur: & quibus vnus est panis, vnum est corpus, & omnium vnus cor, & anima vna, vni Christo adherens, caetera omnia quasi fermenta respuens, in vnus animi sinceritate laratur. Scribit S. Chrysostomus, Christum solitum apud Discipulos diuertere, ut hoc ab eo affecti honore, diligentiores ad omnia fierent. Et S. Cyrillus Alexandrinus, notat Iudaeis imperatum, ut agnum festinanter edant, ne segnis aut remissus in bene operando sit is, qui Christi particeps factus est, sed diligentiam & ardentem sedulitatem habeat, in iis quae sibi sint profutura. Vno verbo, Vitalis hic cibus, vitae nostrae in melius mutationem exigit. Quae de re sic S. Augustinus ser. 1. de temp. ponderans illa verba Domini: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis &c. non habebitis vitam in vobis: Mues ergo vitam, qui vult accipere vitam, Nam si non commuet vitam, ad iudicium accipiet vitam.**

72. Sexto, ex affectu tenero erga SS. Eucharistiam crebro illam visitemus, exemplo P. Iacobi Saleij Mart. Galli, qui vti legitur in Annis Societatis Anni 1593. sanctissimum Christi Corpus eximia

pietate cultuq; prosequatur. Nulla de re libentius ardentiusq; loquebatur, cum loquendum erat cum sociis, eiusq; sermonis facultatem cupide solenterq; captabat. Nullus abibat dies, quin ad templum accederet sapius, seq. ante sacrosanctae Eucharistiae aram proceret, quam singulis ferme horis pie sancteq; colere gestiebat. Idem in more habuit B. Aloysius, & Ioannes Berchmans. Quando P. Rodericus Nimus vir sanctus (vbi scribitur in epistola de eius morte impressa) fuit monitus de extrema Vnctione recipienda, gausus dixit: ergo iam venit tempus quando domo non exibo, sed semper manebo in templo, ante sanctissimum Sacramentum; ita & post mortem placebat ei praesentia Eucharistiae. P. Ludonicus de Ponte, vti in eius vita legi, perpetuo assistebat SS. Eucharistiae tempore Meditationis. Examinum, officij diuini, & alias saepe in die, quod ob tres causas libenter faciebat. Primo, quia cum Christus de caelo descendat ad eum locum aequum est, eum saepe accedere. Secundo, quia Regina Saba a finibus terra venit ad Salomonem, & ecce plus quam Salomon hic. Tercio, quia deliciae Christi sunt, esse cum filiis hominum, aequum est, eum oblectare praesentia nostra. Ex hac frequenti mansione contraxit guttam artritiam. Et quando erat infirmus, quia Eucharistiam adire non potuit in templo, habuit in cubiculo crucem, versus locum Eucharistiae, quam saepe in die adorabat, & per illam Christum in Eucharistia vti Daniel orans versus templum. B. M. Magdalena de Pazzis, vti scribit P. Virgil. c. 3. eius vitam, septennis eum non posset communicare, Matris lateri perpetuo adhaerebat eo die, quo communicabat mater, dicens odorem ex ea tunc procedentem se sentire, diebus etiam profectis, se ad nostrum templum duci petebat, vbi mater eum tota domo confitebatur, & deuotionibus vacabat, & ibi B. M. Magdalena per aliquot horas cum magna consolatione sua aspiciebat communicantes. S. Teresa post mortem apparens cuidam personae sui Ordinis dixit: *Id quod nos hic in caelo facimus, eum Diuina essentia, facite vos ibi cum SS. Sacramento; dic hoc omnibus meis filiabus.*

73. Septimo, grati animi ergo, pro dato nobis a Deo Patre, & inactato pro nobis corpore Christi offeramus ei corpora nostra, & virtutes nostras, & vitia macremus. Quod quomodo faciendum sit, docet S. Chrysologus ser. 108. *Offer corpus tuum, & non solum macra, sed etiam seica per omnia virtutum membra. Quia toties tibi virtutum artes moriuntur, quoties a te Deo viscera fuerint immolata virtutum. Offer fidem, ut perfidia sit puuta: immola ieiunium, ut voracitas cesset: sacrificia castitatem, ut moriatur libido: impone pietatem, ut deponatur impietas: imuta misericordiam, ut auaritia deleatur: & ut consumatur stulticia, semper sanctitatem conuenit immolare. Sic fiet corpus tuum tua hostia, si nullo peccati iaculo fuerit sauciata. Vniue corpus tuum, homo: viuit, quoties a te Dei virtutum vita virtutum moribus immolatur. Idem monet S. Paulinus ep. 5. In pectore nostro castum altare ponentes, illa per legem inssa sacrificijs animalia macremus in vitis: immolantes*

cap. 23.

f. de c. c. na
Dom.h. 28. in
Marth.
1. 2. Gla-
phic.

lantes hircum cum peremptione peccati, in quo mortis odor est; cedentes taurum, si deponamus superbiam; sanctificantes ouem, si molitudinem & ignaviam in charitate non repudiis; & spiritu ferventes etiam os: ferentes in nobis & agnum, si immaculati vivamus; & vitulum, si efficiamur malitia parvuli: ut vnius purum prudentia, alterius stultum simplicitate referamus. Nam ut scribit S. Ildorus Pelusota lib. 3. ep. 75. Pulcherrima victima est, pia mentem, & carnem castam habere.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Quae preparatio premitenda sumptioni Eucharistiae?

74
hic k
pisc.
nuu. con.
caul.

In primis bene hac de re scriptus B. Laurentius Iustinianus: Videat quilibet, ne consuetudine aut cordis elatione ad perceptionem ducatur tanti mysterij, sed deuotione & praua meditatione. Nam alia sacerdotum, alia ceterorum debet esse consideratio, & mentis dispositio. Excellentior quippe gradus, perfectiorum exigit preparationem. A cunctis tamen requiritur puritas castitatis, affectus deuotionis, memoria Domini, ca Passions, amaritudo contritionis, & promptitudo atque desiderium bone operationis. Iuxta mensuram caritatis effectus percipitur huius sacramenti quandoq; sensibilibiter quandoq; insensibilibiter. Vir namq; bonus nunquam caret profectu spirituali. Nam etsi deuotio plurimum huic congruat Sacramento, tamen prius vita commendabilis habenda est, deinde deuotio. Nam vita sine deuotione multum confert, absq; vita deuotio nihil. Hoc autem definiendum est, quod nec laudabilis vita sine deuotione esse valet, neque vera deuotio sine recta vita subsistit. Vtramque verò Christi milites habere semper studeant. Nam ita caute viuant, ut deuotionis gratiam mereantur adipisci, & sic in deuotionibus occupent se, ut in nullo (si possibile sit) virtutem pratermittant. Deuotionis namq; sanctae testimonium est, commendabilis vita, & laudabilis conuersationis adiutorium, est interna & spiritalis deuotio, qua potissimum percipitur in hoc Sacramento.

Prima itaque preparatio debet esse puritas conscientie. Nam, ut ait B. Laur. Iust. de casto con. c. 24. Detergenda siquidem est conscientia, anime facies lauanda, atque omnis culpa macula abolenda prius quam ad altare pergatur. Probet se (inquit Apostolus) homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Peccato autem amoto, eod quisque sit dignior quò indignior rem se putat. Nemo ad hoc suscipiendum per se dignus est, quamuis multa sit praeiudicatus sanctitate. Obedientia quaeque dignum facit non vita. Quis, nisi suaderet Dominus, diuina ausus esset sumere Sacramenta?

Ad hoc ipsum aptari potest, quòd idem Sanctus ait in falsic. amor. cap. 13. Ad primam veritatem acceditur, non gressu corporeo, sed humilitate veritatis, puritate mentis, deuotione cordis, exercitatione virtutis, tranquillitate animi, & flagrantissimo amore Diuinae caritatis.

Quocirca sanctae animae variis modis se praeparat. Lancia Opusc. Tom. 2.

parabant ad Eucharistiam cum fructu & Deo gustu, percipiendam. Commemorabo aliquos.

S. Gertrudis virgo Ord. S. Benedicti, ut in eius gestis scribitur, cum petiisset à Christo Domino: Quali dignitate obuiabo tibi, cum tam largifluus dignaris venire ad me? Respondit Dominus: Nihil aliud requiro à te, quam quòd euacuata venias ad recipiendum. Quia omne quòd mihi placuerit in te, hoc per donum meum totum accipies. Hinc intellexit, quòd euacuatio illa sit humilitas, qua se reputaret omnino nihil habere de meritis: nec etiam aliquid posse, nisi ex gratuito dono Dei: Et ut omne quòd facere potest, pro nihilo aestimaret.

Sed omnium optima preparatio & ceteris magis necessaria est, ut supra dixi, puritas conscientiae: quia, ut ait B. Laur. Iust. in Ed mens Deo fit propinquior, quòd mundior custoditur, atque tanto quaeque dignior efficitur ad sumendum Domini Corporis Sacramentum, quòd à sordibus peccatorum fuerit purgator, corde humilior, dilectione fruentior, virtutibus sollicitior, & vita inuentus fuerit sanctior.

Qua de re sensum talem habuit diuinitus noster P. Balthasar Alvarez: Necessè est, ut cadant idola, si velint ita arcam recipere, ut commodum inde sentiant. In nobilibus debet ruere honor, in diuitibus delicia, in sapientibus tumens superbia, qua illi plurimum amant, & ne deserant, statuunt potius arcam Dei à se reuocare ac dimittere, ut olim Philistaei. Nisi ergo amputent idoli Dagon caput ac manus, ut amplius non audeant cogitare, loqui, aut facere quòd solebant, non efficeret in tali corde diuina haec arca SS. Eucharistia, stupenda misericordiae suae opera, sed iustitia, puniendo illos magna ariditate, tenebris, cordis duritia, aliisque internis desertionibus: donec verè se emendent. Quemadmodum vnus idemq; sol, atque ignis, lutum indurat, ceram verò liquefacit, ita qui hunc Dominum suscipiunt, si sunt tanquam lutum (maculati multis peccatis deliberrate commixti) verè indurantur, si autem tanquam cera, liquefiunt eius amore. Sed sunt & aliae praeparationes bonae ad suscipiendam cum fructu SS. Eucharistiam.

Mutet ergo vitam, inquit S. Aug. ser. 1. de temp. qui vult accipere vitam, nam si non mutet vitam ad iudicium accipiet vitam. Et ita S. Chrysol. or. de B. Philogono dixit: Communionis tempus, non est festum atq; celebritas, sed conscientia pura, vitaq; à peccatis repurgata; non tantum grauibus, sed etiam venialibus. Non terribile tantum iudicium habet, inquit S. Basil. l. 3. de bapt. Qui in carnis & spiritus inquinamento ad Sancta accedit indigne, sed & otiose & inutiliter edens ac bibens. Quemadmodum enim qui sine conscientia & inutiliter tantum ac tale bonum in ritibus facit, iudicium habet sequitiei, cum Dominus nec eos innoxios esse sinat, qui verbum aliquod otiosum proferunt. Immo S. Dion. Areopagita c. 3. de eccl. hier. vult ut ita pie sumamus Eucharistiam, ut quòdāmodo ne quidem possimus peccare, & immunda peccatis reddere conscientiam nostram. Oportet, inquit, nos, si ad Communionem eius adspiramus, diuinissimam eius in carne vitam contemplari, atque

H h

76.
I. 4. c. 2. 6.
Infra. diu.
pict.

disc. &
perf. m. 6.
con. c. 19.
col. 3. &
de etio.
Christi a-
gone c. 4.
77.
Vit. c. 6. p.
71. 72.

2 Reg. 5.

78.

79.

sanctam ipsius impecantiā imitando ad Dei formā
& immaculatum statum cōtendere, hac namq; ratione
prout nobis congruit, similitudinem suā communicabit.

80.
L. 4. c. 49.
Inf. diu.
pict.

Cū S. Gertrudis in Missā, legēdo tribus vicibus,
Laudate Dominum omnes Sanctos, vt merita dignitatum
suarum pro se offerent Domino, quōd per illa, dignē pre-
parata acceret ad susceptionem viuifici Sacramenti: &
ad secundum Laudate, similiter oraret B. Virginem, &
ad tertium Dominum Iesum; Beata Virgo ad inuoca-
tionem sui exurgens, stetit in conspectu Sanctissime Tri-
nitatis, offerens pro eā merita placidissimarum dignita-
rum illarum, quibus ipsa in die Assumptionis sue supra
omnem humanam & Angelicam dignitatem prepara-
ta, ipsi summē complacuit; sicq; cum maximā blandi-
tate, quasi cedens loco, innuit anima, dicens: Veni electa,
& stā in loco meo cum omni persusione virtutum, qui-
bus ego aspectum semper veneranda Trinitatis in mei
placentiā inclinaui, vt & tu similiter, quantum est tibi
possibile, complacitas ipsi Beatissime Trinitati. Ad quod
ipsa stupefacta, cum maximā deiectione sui respondit:
Et quibus, inquit, Regina glorie, hoc meritū poterō?
Que respondit: Cum tribus vicique ad hoc habitaberis.
Primō ora per illam, innocentissimam puritatem
(quam Filio Dei in vtero meo virginali placitam man-
sionem preparavi) vt emunderis mea precibus ab omni
maculā. Secundō, orabū, per profundissimam illam hu-
militatem, ob quam super omnes Choros Angelorum
& Sanctorum merui exaltari: vt suppleantur omnes
negligentiā tua. Tertio, deprecare per amorem illum in-
estimabilem, qui me inseparabiliter Deo conglutinavit,
vt praestet tibi copia diuersorum meritorum.

Quocirca hi quoque actus possunt esse pul-
chra preparatio ad S. Communionem.

81.
Vit. c. 7.
alias 38.
num. 113.

B. Angela de Fulgino, ante Communionem
rogabat Sanctos Angelos, & precipue S. Michaē-
lem, & Angelos Seraphim, dicens: O administra-
tores Angeli, qui Dei habetis potestatem & officia, vt
ipsum alius ministratis, ipsius notitiam & amorem cō-
ferendo, supplico, vt praesentetis eum mihi talem, qualem
Pater misericordiarum dedit eum hominibus, & qua-
lem vult & voluit à nobis suscipi & reuereri; scilicet,
vnum pauperem, dolorosum, despectum, vulneratum,
cruentatum, crucifixum, & in cruce mortuum. Ideo
vt talem recipere cupiebat hæc sancta vidua,
quia delectabatur paupertate, dolore, contemp-
tu, & hæc suis commendabat, vt Christum in
his imitarentur.

82.
Vit. l. 4.
cap. 4.

Noter B. Franciscus Borgia Præpositus Ge-
neralis nostræ Societatis, quotidie, & quidem cre-
brius, bis singulis horis, diurnis, se ipse ad vnguem excu-
tiens, explorāsq; memoriā repetebat dicta facta, ac præ-
termissa, inquirens in se grauiter, bisq; in die ritē cōfes-
sus, sacris in aurora operaturus, & vesperi, quieti se cō-
parans, nullum diem abire patiebatur, qao, non suo se
pede metiretur, actiq; temporis rationem subduceret.
Sacris verd operaturus, horas aliquot precationi im-
pendere solebat, quotidie autem rem diuinam faciebat.

83.
B. verd Aloysius noster, per omnes dies, qui con-
dictum huic cælesti epulo Eucharistico tempus antebat,

eius vnus memoriam animo & sermone vsurpabat. ^{Cap. 14}
eo que ab aliis preclare sunt literis mandata, voluebat. ^{Vita.}
de eo secum ipse meditabatur, eius vt compos esset tam ^{l. c. 4.}
assidua vota faciebat, vt familiares dicitarent, videri
illum cum parietibus sermocinari velle, aded crebro mo-
dō in hoc, modō in illo domus angulo genua ad precan-
dum submittebat. Præterea in more habuit, qualibet ^{l. c. 1.}
hebdomadā seriā secundā, terciā & quariā agere gra- ^{Vita.}
tias tribus Sanctissime Trinitatis Personis sigillatim,
pro tam eximio communicata secum Eucharistia bene-
ficio, tribus verd posterioribus seris, quinta, sexta &
sabbato, isdem Personis seorsim singulis orandis impē-
dere, vt facultatem sibi præstarent, ita vt oporteret pro-
ximo consequente die Dominico cælestis conuiuij in-
eundi. Prædie Communionis id vnum mysterium in
omnibus ipsius sermonibus & congressibus versabatur,
in quibus liquida quadam voluptas, & diuini ardor
quo animus interea completeretur, eminebat: sabbato ves-
pere his cogitationibus imbutus quieti se tradebat, Do-
minico, primā luce cū enigilasset hoc idem agebat, tū
horam ipsam de admirabili, que in Eucharistia fit ani-
mi cū Deo coniunctione commentabatur. Hac elapsa,
adem sacram rei diuine operam daturus petebat: inter
quam semper immobilis genibus nitabatur.

Scribit S. Antonius, Antiquos fideles per totam ^{84.}
septimanam sanctam solitos cessare ab operibus, vt pa- ^{l. p. 14.}
ret de consecrat. dist. 3. cap. pronunciantur: vt se cum ^{tit. 14. c. 6.}
diligentiā preparare possent ad communionem, & per ^{tit. 1.}
septimanam etiam Pasche, alib sequentem; ad refer-
endum gratias Deo, de tanto beneficio.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Quid faciendum post Communionem.

IN primis est necessarium ad vberiore fructum
percipiendū ex SS. Eucharistia ritē sus-
ceptā, & ad exhibendam ei debitam reuerentiā,
ne citō abscedas à loco communionis, & te cō-
feras ad profana negotia seu occupationes natu-
rā suā non spirituales, quamuis eas ob finē su-
per naturalem habiturus sis. Ideo S. Teresia sa- ^{Rib. 14.}
pientissima & sanctissima Virgo monebat suas ^{c. 34. tit.}
Moniales, & in illis nos omnes, vt tamdiu post
communionem orarent quamdiu calor natura-
lis species Eucharistie non consumpsit, & vt tūc
eum solo Domino tractemus, non occupando
nos circa alia; idque sic persuadere conatur. Si
(inquit) dum esset in mundo, solo contactu eius vestes
sanabant infirmos, vsq; aded vt scriptum reliquerit So-
Matth. Rogabant eum in terra Genetzaretib, vt sim-
briam vestimenti eius tangerent; & quicunq; tetigerit,
facti sunt salui; non esse dubitandum, eundem Dominū
facturum miracula dum intra nos est; si fidem viuam
habebimus; & daturam quod petemus; dum erit domi-
nostra. Non enim solet hæc Dei Maestās; male solueri
pro hospitio, si bene recipiatur: nec ita venit absconditē,
quin se aliquantum detegat ei, qui sic illum excipiet ^{quis}

quia multos habet modos se offendendi anime. Sed si subito post Communionem illum relinquimus non habemus causam cur queramus si parum videamus anime nostrae in virtutibus profectum. Deinde enim fuse commendasset longiusculum cum Christo in Eucharistia suscepto commorationem, & improbasset eorum morem; qui Christi Corpus intra se habentes non dum per naturalem eorum consumptis speciebus; Christi imaginem aspiciunt (notate reflexionem & metaphysicam Sanctae) Christo ipso intra se quasi relicto, tandem caput illud concludit; dicens eos qui cito se ad negotia proripiunt ita facere, ac si Christo domum nostram ingresso domo ipsi exirent, & vigeret, ne Christus domum eorum occupet & incolat. Sic & altera Societatis nostrae filia, ex illo sancto Monasterio Florentino, Angelorum nuncupato, in quo P. Laynez, tempore S. Ignatii quotidianam communionem Monialibus introduxit ad haec tempora continuatam, B. M. Magdalenae de Pazzis (sicut scribit Puccinus in eius vita) dicebat suis Nouitiabus quatuor erat Magistra: Si desideratis breui peruenire ad magnam perfectionem, accipite pro Magistro vestro Crucifixum, attentas praebete aures eius verbis, quia perpetuo vos alloquitur in corde, maxime in illa hora quando recepistis SS. Sacramentum. Idque a teneris annis dixit sibi valde fuisse utile. Vnde cum aliqua non communicaret, dum posset, egre ferebat, dicens: Non esse efficacius medium ad acquirendam perfectionem veram hoc SS. Sacramentum. Et si hoc bono vii sciretis, in paucis diebus replecerimini caelesti amore. Memineritis Deum esse immensam charitatem, & ex amore, se velle communicare animabus, beneficio huius amorosi cibi. Ideo magis opportunum tempus ad crescendo in perfectione vite spiritualis, dicebat esse illud post Communionem. Quam ob causam, vetabat suas Nouitias, adeo cito post communionem conferre se ad exercitia communia. Et post Communionem, suadebat offerre Domino Deo omnia opera & exercitia spiritualia illius diei, in preparationem cibi sacri, die sequenti recipiendi. Si Corpus per tactum appropinquans corpori, immutatur actione, (inquit S. Io. Clim. differens de utilitate orationis) quomodo non immutabitur, quod Dei corpori, manibus innocentibus propinquatur: Credamus ergo his Sanctis Virginitibus, & exequamur earum monita, nec pretextu parandae lectionis vel concionis, aut addiscendae, vel similem ob causam, iudicio Dei & Superiorem non probandam, cito nos subducamus a Domino Iesu intra nos recepto: quin potius, diutius moremur cum illo, ut ab eo in his ipsis magis iuamur, ob qua deseritur a tepidis, Origo enim fontium & fluminum omnium mare est, inquit S. Cant. S. Bern. virtutum & scientiarum Dominus Iesus Christus. Quis enim Dominus virtutum, nisi ipse est Rex gloriae. Sed & iuxta Annæ Canticum, idem ipse Deus scientiarum Dominus est. Continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo, ex illo fonte manant. Non solum autem, sed & si quis callet ingenia, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est: inde Lancij Opusc. Tom. 2.

scientia, inde sapientia sermo. Thesauri siquidem sapientia & scientia ibi omnes absconditi sunt. A Christo igitur recepto intra nos, quaramus illa omnia, quibus indigemus; nec ab eo propter illa, alibi a nostra scilicet industria & labore, querenda, cito discedamus. Quam ad rem facit quoddam monitum diuinitus communicatum nostro P. Balthasari Alvarez, teste P. Ludouico de Ponte in eius vita: Magni (inquit) semper faciat, qui communicat, tempus, quo Diuina Maestas cum ipso manserit: P. 74. in quo potius attendat, ut diuinam presentiam veneretur: supple xq. oret, impertiri sibi diuinam eius benedictionem; sibiq; persuadeat, se dignum non esse, cui Deus faciem suam ostendat, quam ut prolixas ratiocinationes ac meditationes instituat: & attendat ne vel momentum amittat tam felicitatis temporis quo frui ac negotiari possit cum diuina eius Maestate, iuxta verbum illud Ecclesiastici: Non defrauderis a die bono: & particula boni doni non te pretereat. Hoc dico propterea, quia multis communicantibus pruriant pedes, ut inde discedant sub pretextu lectionis, colloquutionis, aut etiam deambulationis, qua est phrenesis intolerabilis. Nam prolixiores orationes, pieq; lectiones quid aliud sunt, quam quidam clamores, quibus Dominum vocamus, ut ad nostram domum venire dignetur: qua igitur stultitia est, ut post tot horas, imò etiam annos quibus egimus, pro tanto hoc fauore, quando nobis illum exhibet, non possimus nos continere, quin statim ex eadem domo nostram exeamus: quid nos possunt libri docere, quod non diuina Maestas melius praesens doceat: quem saporem & delectationem nobis creatura adferre possunt, qua ipse non possit plenius nobis conferre, nosq; saturare: & qua sanctitatem ex earum conuersatione haurire possumus, quae maiorem non asserat nobis familiaritas cum ipso: quid boni lectio habet, nisi quod affectum nostrum, erga ipsum Dominum excitet: & quid spiritualia exercitia nisi quod nos ad ipsum inclinent: Ad hoc autem perpendi possunt sequentes veritates, in quibus anima cum Deo loquitur. Infirmus, Domine, qui tecum non exultat. Vnde prope est, ut cadat anima, qua tecum non exultat. Vnde poterit exultare: qui tecum Domine non est contentus, quomodo non crepat: Qui in domo sua, non ostendit tibi promptam voluntatem, quomodo iterum tuum ad eandem aduentum expectabit: Qui dum te hospitem habet, properat ut exeat ex domo, facile ostendit, se cor habere alibi obstrictum, cui tecum manere tedium est, cum tu, ipse honoris ergo, ad ipsum accesseris, Deus eius & totum bonum eius: cum quo u omnia negotia sua feliciter expedit, non habet amplius quod agat aut querat: cumq; solius huius rei causa, natus sit in mundo, facile ostendit, se phrenesi laborare, si tecum non maneat libenter.

Has & similes sententias vir hic sanctus proponebat cum ingenti sensu, ob tepiditatem eorum qui sacrum faciunt aut communicant, nec tempus sibi sumunt, in quo fruantur Domino quem in domum receperunt. Haec P. Ludouicus de Ponte annotauit de suo sancto Instruttore, quem in tertio probationis anno habuit, sanctus & ipse, dignusque tali Magistro discipulus.

Eandem ob causam noster P. Leon. Lessius, Vit. c. 11. Hh 2 A 58. num. 57.

86.

c. 6 s. 2.

P. 74.

Eccli. 14.

A sacrificio per horam integram cum sancto quem re-
ceperat hospite, sanctè se occupabat.

Noſter S. P. Ignatius non ob debilitatè cor-
poris Miſſam celebrare non poſſet, ſacrâ tamen
Enchariſtiâ acceptâ, per duas horas contempla-
tioni vacabat.

Diar. C6.
ſal.

87.

Addam hoc loco pro coronide huius capi-
tis formulam gratiarum actionis poſt commu-
nionem factam à quodam noſtræ Societatis
Patre, qui Romam ad Congregationem pœkavâ
generalem miſſus fuit pro eligendo nouo Præ-
poſito generali Societatis noſtræ à Prouincia
Aragonie, plenâ viris doctis & ſanctis. Non
nomino iſtum Patrem, (quia exiſtimo ad-
huc cum viuere) ne modeltiam eius & humi-
litate offendam. Attulit hanc Formulam
noſter P. Albertus Menzynſus Polonus pro fi-
de Chriſti poſtea in Iaponia interfectus, cum
muld ante felicem ſuum ex hac vita exitum,
rediiſſet ex Hiſpania in Poloniam. Hæc Formu-
la eſt huiusmodi latinè ex Hiſpanico à me fide-
liter reddita.

Poſt communionem intret anima intra ſe, &
proſternat ſe ante Ieſum, quem conſiderabit tan-
quam Regem, vel, prout illi Deus inspira-
bit: ita, vt proſtrata ante ſuum Deum ſide vi-
ua, acſi illum oculis corporeis realiter videret, di-
cat.

Sanctiſſima & Beatiſſima Trinitas, Domine &
Deus meus amantiſſime, vellem eſſe realiter Deus, vt te
amarem, tibi ſeruirem, te laudarem, magnificarem (a-
gradeſcer) cognoſcerem, & honorarem infinite; prout
mereris. Et poſtquam id ſeciſſem, quò magis magnifica-
reris, vellem me facere mancipium tuum, & poni in in-
ferno, vel annihilari, & deſinere eſſe Deus, pro tuo amo-
re, vt ita appareret, quò tu ſis, ſiquidem es talis, & tam
bonus, qui merearis, vt qui ſis Deus, pro tuo amore, deſi-
nat eſſe Deus (dexe de ſerſo) vel, qui exiſtens Deus, fiat
tuum mancipium (ſolaus) vel vt qui Deus ſis, ad danâ
tibi guſtum, ſe poneret in inferno vel annihilaretur, quò
hæc ratione magis replenderet tuum eſſe, magnitudo,
bonitas, & alia attributa. Verumtamen Domine, iuſta
meam poſſibilitatem & ita acſi eſſem Deus, tibi gra-
tulari te laudo, benedico, honoro, & habeo particularem
& ſummam complacentiam, quòd ſis infinite ſanctus,
bonus, ſapiens, omnipotens, æternus, & quòd hæc & om-
nia alia attributa ac perfectiones ſini infinite: & quòd
habendo tantas ac tales ſis vnus ſolus Deus, & nò mul-
ti: & quòd ſis is, qui es, & non alius: & quòd ſis tres
perſone, & non plures nec pauciores: & quòd Pater ſit
Pater & non Filius, nec Spiritus ſanctus: & quòd Filius
ſit Filius, & non Pater nec Spiritus ſanctus: & quòd
Spiritus ſanctus ſit Spiritus ſanctus, & non Pater nec
Filius: Denique quòd ſis is qui es, cum illis perfectioni-
bus quas habes & non cum aliis: quòd ſis Trinus &
Vnus, & non alio modo.

Item gratias tibi ago, te laudo, & honoro & habeo
ſummam complacentiam pro gratiis, & donis, virtuti-
bus & beneficiis, que ſeciſti Ieſu Chriſto naturali Filio
tuo, Domino, Regi naturali meo, Fratri amantiſſimo,

vniedo illum illi ſacratiſſimæ Humanitati & non al-
teri ad vnionem cum Deo, & pro omnibus aliis benefi-
ciis. Et quia meam Matrem Mariam amantiſſimam,
eueſtaſti ad dignitatem & honorem Matræ Dei, Reginæ
celi, & Domina noſtra, cum omnibus aliis priuilegiis &
prærogatiuis quas ei dediſti, in particulari pro eius Pu-
riſſimâ conceptione, & quia totum hoc ſeciſti illi &
non alteri. Tandem tibi gratias ago, honoro te, laudo,
& habeo ſummam complacentiam, quòd dignatus ſis
create totum Vniuerſum, cum tot & talibus creaturis,
& non aliis, cum diſpoſitione quam habent, & non cum
aliâ: & quòd omnes ordinaueris propter ſeruitiū homi-
nis, & hunc propter tuam gloriam. Et valdè ſpecialiter
te laudo, & mihi complæce, quòd prædeſtinaueris tot
& tales Angelos & homines, & cū tali matore & mi-
nore gloria, iuxta vniuerſiſque merita, & non plus.
Et quòd pro iſtâ ſalute hominis direxeris omnes res, et-
iam ipſam Incarnationem & mortem Filij tui.

Ego Domine ſequendo conſilium Ieſu, qui dixit: Ro-
gate ergo Dominum meſis, vt mittat operarios in meſ-
ſem ſuam, te rogo cum inſtantiâ Domine.

Pater vide regiones que alba ſunt ad meſſem. Aſpi-
ce Deus meus anima mea, oculis miſericordiæ, & compa-
tere omnibus Sinenſibus, Iaponibus, Indiis Orientalibus
& Occidentalibus & toti gentilitati, vt cognoſcant te
Deum viuum, verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.
Mitte ergo operarios in meſſem tuam.

Pater, vide regiones, qua alba ſunt ad meſſem. Aſpi-
ce Deus anima mea, oculis miſericordiæ, & compa-
tere omnibus Mauris, Turcis, & reliquis nationibus que ſe-
quuntur impiam ſectam Mahometis: vt cognoſcant te
Deum viuum, verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.
Mitte ergo operarios in meſſem tuam.

Pater, vide regiones que alba ſunt ad meſſem. Aſpi-
ce Deus meus anima mea, oculis miſericordiæ, & compa-
tere omnibus Hereticis, Schiſmaticis, Iudeis & om-
nibus aliis, qui ſeparati ſunt à corpore tue S. Ecclie,
vt vniantur & incorporentur in illam: vt cognoſcant
te Deum viuum, verum, & quem miſiſti Ieſum Chri-
ſtum. Mitte ergo operarios in meſſem tuam, propter te
ipſum, propter te ipſum, propter te ipſum, propter Ieſum
Chriſti ſanguinem, propter merita B. Mariæ, Angelorū,
& Sanctorum omnium, vt ſic fiat vnus ouis & vnus
paſtor, & dealbentur omnes in ſanguine Ieſu.

Pater vide Eccleſiam tuam ſanctâ. Aſpi-
ce Deus meus anima mea, oculis miſericordiæ & compa-
tere tua S. Ecclie & toti populo Chriſtiano: Pone Deus meus ſpi-
ritum nouum, & renoua omnes ſtatus, vt quilibet iuxta
ſuam obligationē tibi ſeruiat, & ſe magnificet, puritate
anima. Reforma Domine ſtatum Clericalem incipiendo
à Papa, ſq, ad minimum Clericum, dando bonos &
ſanctos Pontifices, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos,
& alias Dignitates, & omnes perſonas Eccleſiaſticas, vt
ſit ſicut in primitiua Eccleſiâ. Reforma etiam Reli-
giones, vt redeant ad ſanctitatem & ſeruiorem in quo
ſuerunt inſtituta. Denique vt totus ſtatus Eccleſia-
ſticus aded renouetur, vt poſſit dici id quod Chri-
ſtus dixit ſuis Apoſtoliſ: Sic luceat lux veſtra coram
hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent
Patrem veſtrum, qui in celis eſt. Reforma Deus
meus,

mens, vias & mores status secularis, vt viuant tanquam perfecti Christiani, incipiendo à Rege supremo vsque ad alios Reges, titulos, nobiles, equites, ciues, plebeios, à maiore ad minorem: & in statu militari à Generali vsque ad minimum militem. Denique Domine ego te rogo, vt tali modo viuat quilibet in suo statu, tali puritate & perfectione, vt sint sicut Angeli in puritate, & verificetur in illis hic in terrâ, quod Iesus tuus Filius, & Frater meus amantissimus, dixit fore in celo: In celo erunt sicut Angeli Dei. Et quod melius possint implere, te rogo, vt des gratiam ad excusandum ex peccato omnibus qui in eo sunt, & illos cum omnibus aliis, qui sunt in gratia tua, conserues in illâ vsque ad mortem. Pater, si possibile est, transeant ad te preces nostræ. Pater mi, vite mee, si est possibile, audi preces meas in his que peti & que petam. Si est possibile Domine, abbrevietur tempus, quo debet durare mundus, & omnes homines, qui in tempore quo debent durare, debent damnari, non crees illos Domine, & vt potius non sint, quam vt te offendant & dampnentur. Crea solos predestinatos, & ex his qui condemnati sunt, solos illos qui sunt necessarij vt impleantur prophætia. Et ita condemnabuntur pauciores, & non offendent te tot. Vt hac impetrem à te, ex nunc me offero per tempus quod volueris, & in æternum, ad penas inferni, manendo in gratia tua, pro omnibus & pro qualibet animâ que deberet damnari, & quam propter me liberabis: vel que te deberet offendere, etiam vno peccato veniali, & propter me eam præseruabis ab illo. Vt detur ei quod mererem contentissimus inter demones, & ipsi obstupescerent, quod haberet Deus seruum qui cum gustu incredibili pateretur illas æternas penas solum pro amore Dei sui, vel, vt vitaretur vna offensa, quamuis leuis, contra Deum suum.

Item supplico pro omnibus necessitatibus generalibus & particularibus Ecclesiæ Catholice, & omnium Ecclesiarum particularium, & pro omnibus necessitatibus & afflictionibus omnium hominum, vt illis remedium adhibeas, vti & meis. Pro pace & vnione inter Principes Christianos. Ordina tali modo Domine Ecclesiam, & res omnium hominum, vt ex illis resurget tua maior gloria, vt fiant magis gloriosa & honorata pro te, magis viles & conuenientes toti Ecclesiæ & in generali, & vnicuique in particulari.

Pater, propter Sion non tacebo, non tacebo Pater mi amantissime, vt ita, sicut peto te & tuum benedictissimum Filium Iesum cognosci & honorari in toto Orbe, ita sit mea mater Maria, & in particulari, vt declaretur eius immaculata conceptio, & hoc, antequam moriar. Et si vis me accipere pro instrumento, quamuis indignissimum, Ecce ego, mitte me.

Pater, propter Sion non tacebo, Domine non tacebo, donec tuam Ecclesiam triumphantem & militantem honores multis Sanctis Canonizatis, mortuis, viuis & venuris illis præcipue, qui vt Canonizentur, optas, &c.

Pater, propter Sion non tacebo Non cessabo Domine rogare te, pro meâ dulcissimâ & amantissimâ matre Sanctâ Societate Iesu. Pro quâ peto à te tres res: Primum, ne permittas, vt relaxetur seruos & spiritus præ-

Lancicij Opusc. Tom. 2.

mitius, & vt custodiantur in illâ perfectissimè eius Constitutiones & Regula: & vt te exhibeas benignum erga illam, inuando illam solitis gratiis, quod omnes eius filij saluentur: & ita disponas res, vt, si sint aliqui in illâ præfati, dimittantur tanquam hedi, & qui remanent, sint vt oves prædestinate. Secundo, vt concedas toti Societati, & cuiuslibet in particulari, omnes virtutes & gratias, quas peto, soleo petere, & petam pro me vel pro aliis: Specialiter infundas & perficias spiritum Apostolicum, & feruentissimum, in quolibet eius filiorum, præcipue in illis qui me amant, vel quos amo, vel se commendant orationibus meis, & in omnibus, qui sunt vel postea erunt in ministeriis animarum. Vt ita fiat dignè instrumentum totalis reformationis totius Ecclesiæ & conuersionis mundi. O Domine da gratiam per tuum pretiosum sanguinem, & merita Mariæ, & omnium Sanctorum, Nostro P. Generali, Prouincialibus omnibus Prouinciarum, & superioribus omnibus, vt sint sanctissimi & perfectissimi, & bene gubernent suos subditos, & hi obediant, & faciant sanctissimè & perfectissimè omnia sibi commissa. Fac hoc Domine specialiter prouidentia in hac Prouincia cum P. Prouinciali, Superioribus & subditis viuis, & futuris, & valde in particulari cum his qui sunt in hoc Collegio, & cum N. N.

Tertio, vt Societas habeat maximos Sanctos, & Martyres fortissimos ac illustrissimos, & multos canonicatos. Ex mortuis, peto omnes illos, pro quibus tua Deitas optat vt petam. In particulari pro B. Aloysio, B. Stanislao, pro S. Francisco Borgia, Fratre Alphonso, Cardinali Bellarmino, P. Realino, P. Iosepho de Anchieta, P. Suarez, P. Andrea de Oniedo, Fratre Ioanne Berchmans. Denique ad imitationem tui Propheta, propter Sion non tacebo, quæ est mea Mater Maria, propter Sion non tacebo, quæ est Ecclesiæ triumphans & militans: propter Sion non tacebo, quæ est mea mater Societas Iesu: & propter gloriam tuam non quiescam, quoadusque egrediatur super nos dextera tua, & nomen sanctum tuum cunctis gentibus reueletur & exaltetur, vt fiat vnum otiole & vnus pastor, & dealbentur omnes in sanguine Agni.

Et vt melius te possit magnificare tua Ecclesiæ, & quilibet in particulari, tibi supplico Domine, cuiuslibet eorum des virtutes & gratias, quas pro me soleo petere, cum dispositione & ordine qui tibi placebit, & quem iudicabis conuenientem, & qui resulet in maiorem gloriam tuam. Da nobis omnibus, Domine, fidem viuam, magis eminentem si est possibile, illa quam habuerunt ij quibus dixit Iesus: Fides tua te saluam fecit. Non inueni tantam fidem, Excelsissimam & certissimam spem, caritatem seraphicam, & ardentissimam erga te & erga meos fratres, adeo sensibilem, vt non possimus sufferre tantum ignem: omnia opera nostra, nullo excepto, bona & bene facta, oblata purâ intentione & sine altissimo. Imitemur in castitate corporis & anima & munditie ab omni peccato & defectibus, puritatem Angelicam, & virginiam mee matris Mariæ & deificam. Sequamur paupertatem Euangelicam ad simili-

Hh 3

iudi-

rudinem Iesu & sanctorum Apostolorum, ita, ut corpore & anima simus auulsi ab omnibus rebus creatis & affectibus erga res has inferiores. Obtineamus obedientiam Apostolicam, & ipsius Iesu, qui factus est obediens usque ad mortem &c. Habeamus in omnibus nostris aduersitatibus & prosperitatibus resignationem & submissionem quam habuit meus Frater Iesus erga tuam voluntatem. Da nobis Domine, donum lacrymarum & dolorem de nostris peccatis, ut illa delectemur: Da nobis donum perseverantia in omnibus nostris operibus & in omni genere virtutum, & in statu in quo sumus & erimus: Donum orationis perfecte, vtilis, & talis quae vnicuique conueniat, quamuis non habeat consolationes nec lacrymas. Donum vera deuotionis, praesertim erga Diuinam tuam Maiestatem, in quantum Deus es & homo, & erga Mariam matrem meam amatissimam, & erga omnes Sanctos & Angelos, praecipue erga meum Angelum custodem. Da nobis Domine quam maximam cognitionem tui, saltem quinque cognitiones. Primo, cognitionem propriam comprehensiuam, ut cognoscendo nos bene, usque ad atomos nostrae naturae, non sit illa res in qua nos non vincamus, nec quam non emendemus, nec in qua non faciamus tuam sanctissimam voluntatem & maiorem gloriam semper. Secundo, da nobis altissimam cognitionem tui, ut cum magnificatione tui illi cognitioni correspondeat amor ardentissimus, si est possibile, maior quam sit erga te, omnium creaturarum rationalium simul iunctarum. Tertio, cognitionem rerum moralium, tum in materia virtutum & mystica Theologia, tum ut eas operemur, & alios doceamus, qui etiam eas exequantur, tum veritates morales spectantes ad conscientias. Quarto, cognitionem veritatum scholasticarum ad illuminandas scholas (paraclaras) & hoc peto, ut impleatur regula, quae ait petendum, ut in virtute & doctrina proficiant. Sed fiat voluntas tua. Quinto, tandem claram tuam essentiam, mediante lumine gloria.

Et ad finiendum Domine has petitiones, rogo te, de tota Ecclesia, & cuilibet in particulari insatiabilem famem te amandi, & salutis animarum, puritatis Angelicae, recipiendi Corpus & Sanguinem Iesu, maioris perfectionis, & faciendi tuam voluntatem, & procurandi maiorem gloriam tuam in omnibus nostris cogitationibus, verbis & operibus, & patiendi tribulationes, & transcendendi per calicem & passionem Iesu. Domine Iesu Christe Fili Dei viui, fac nos tuam sacratissimam passionem sentire, Domine Iesu Christe, Fili Dei viui, propter crucem, sanguinem & passionem tuam, fac nos tuam sacratissimam passionem sentire. Domine Iesu Christe Fili Dei viui, propter crucem, sanguinem & passionem tuam, aut dele nos de terra viuendum, aut fac nos tuam sacratissimam passionem sentire. Anima Christi sanctifica me &c. Et tibi Sanctissima ac Beatissima Trinitas supplico, ut totam tuam Ecclesiam, & vnumquemque ponas in illo ordine rerum, & occasionebus & auxiliis quae sunt effectura, ut omnia cedant ad maiorem gloriam tuam, & tui maiorem exaltationem, prout iudicas nobis conuenire. Ided tibi supplico Pater aeternae, ut nos facias similes tuo Filio Iesu, & te Frater mi, ut nos fa-

cias perfectos sicut Pater noster caelestis perfectus est: Et Spiritus Sancte, ut tua gratia confirmes totum Patrem: fac nos similes Fratri nostro: Frater fac nos perfectos sicut Pater noster caelestis perfectus est: Spiritus, confirma petitionem nostram, propter Deitatem tuam, propter Iesu Christi sanguinem, propter meritum matris meae Mariae, Angelorum ac Sanctorum omnium.

Ultimo rogo te Domine pro animabus purgatorij, pro quibus offero omnia mea opera, iuxta Ordinem, qui est in voto meorum operum.

Totum hoc Pater amatissime a te peto, si est possibile, ut videam totum impletum, verumtamen fiat voluntas tua. Et ut digneris hoc facere tibi do: Primo, te ipsum Deum qui es, unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate. Secundo, tuum Filium Iesum cum omnibus suis meritis. Tertio, meam Matrem Mariam, Angelos, & Sanctos & animas purgatorij cum meritis suis. Quarto, omnes homines praesentes & futuros, cum omnibus operibus eorum, si sunt bona ut illa perficiam, si mala, ut ea consumas. Quinto, totum meum corpus & animam cum omnibus cogitationibus, verbis & operibus, quae habui, habeo & habebō, id est, cum tribus actibus: Primo, cum omnimoda abnegatione omnium rerum mearum, voluntatum & passionum, dando me in omnibus illis, & desiderando transire per omnes res aduersas, tribulationes, martyria, & infirmitates, quae acciderunt a primo homine usque ad diem iudicij, gustando in omnibus, simul me sacrificare & abnegare continue & in quolibet instanti, simul transire per omnia, ad imitationem Iesu, qui se sacrificauit in cruce, & qualibet die sacrificatur in Missa. Secundo, cum actu conformitatis & resignationis in voluntate Dei, resignando me & recipiendo non solum cum amore & desiderio omnes res quae mihi venient proferre vel aduersae quaeque manum & modo quo venient, sed etiam complacendo mihi summopere in eis, ut Deus faciat voluntatem suam, & permittat tales res, ad imitationem Iesu, qui in instanti sua conceptionis dixit omnibus suis tribulationibus (trabatos) & morte, conuertendo se ad suum Patrem: In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Tertio, reues paupertatem, castitatem & obedientiam perpetuam in Societate Iesu, & simul renouo omnia mea vota facta, & cum hoc pretendo tibi dare & renouare omnes istas res & merita & opera, nil volendo pro me, sed totum tibi do, & offero coniunctum cum meritis Iesu, Mariae, & omnium Sanctorum, ita ut rem aneant omnes illi, & ego specialiter Iesu & anima mea.

Hi sunt piissimi sensus viti Religiosissimi, qui adhuc viuunt dum ista scribo, & si viuunt, eo tempore quo haec a me ex eius originali descripta lucem aspiciunt, non feret agere res bonas ab eo scriptas ad aliorum quoque utilitatem esse a me vulgatas.

Addam hoc loco monitum P. Balthazaris Aluarez pro illis qui Christo Domino, in communione recepto sentiunt se aridos: Intelligat, inquit, anima, causam cur duram se in communione sacrā sentiat, solere esse propterea, quod cum dono accepit

perit ipsum Dominum, non satiatur tanto dono, & di-
 uertens ab eo oculos, eos comitit in teneros sensus & la-
 crymas quas desiderat: quare iuste punitur in eo, ut mi-
 nus donum non accipiat, quæ maiori non satiatur.
 Quod si dicas te id facere: ut ipsi magis placeas: Respon-
 det ipse anima tua: Insuper ignorantia esse cogitare,
 Domino ipsi aliâ viâ & ratione placere quàm ipse ve-
 lit: & prestare eius diuina prouidentie id committere,
 ut, patientie virtute armare. Additq., quando Deus in
 animam venit, non relinquere bonâ sua domini non oculo-
 los misericordes, non dulcedine & suauitatis, nec suas
 potentias & excellentias, nec vacuum sed plenum ve-
 nire, quare qui Deum habet, omnia bonâ habere: & op-
 timam viam valdeq., compendiosam ad omnia possi-
 denda esse, oculos ab eis auertere, ipsamq., solum deside-
 rare, nec desistere donec illam valde sibi vnitum ha-
 beat, & tunc illud Davidis implebitur Ps. 106. Sati-
 auit animam inanem, & animam esurientem satiavit
 bona.

Præclarum etiam est monitum pro aliis, scrip-
 tum à B. Catharina Bononiensi in tractatu di-
 uinitus inspirato: Cum enim tentata fuisset grauitus,
 & diu de presentia Christi in Eucharistia, & diuinitus

agnouisset veritatem huius dogmatis, Deus illi ostendit,
 quomodo verè persona que communicat sine gustu de-
 uotionis, recipit gratiam Sacramenti, dummodo ha-
 beat bonam conscientiam; quamuis spiritus tentatur
 circa fidem, vel aliquid, dummodo non prebeat consensus,
 & quod maius meritum est anime, si communique-
 cum supradictis impugnationibus, ferendo patienter
 rempestatem spiritus, quàm illa, que communicat cum
 multa dulcedine & suauitate. Hæc illa. Simile Do-
 cumentum dedit Dominus S. Gertrudi: Que
 enim oraret pro quadam, que causabatur sibi parcius
 infundi gratiam deuotionis illo die, quo esset communi-
 catura, quàm quibusdam etiam priuatis diebus, Domi-
 nus respondit: Non casu sit hoc, sed dispensatiue, quia
 quando priuatis diebus, & etiam in priuatis, horis in-
 fundo gratiam deuotionis, per hoc, cor hominis ad me-
 mitor eleuari, quod tunc forte remaneret in suo corpo-
 re. Cùm verò in diebus festis seu horâ communionis
 gratiam subtraherem, electorum corda magis excitantur
 per voluntatem desideriorum, siue per humilitatem. Vnde
 tale studium, talisq., contritio magis lucratur ad eorum
 salutem, quàm quandoque gratia deuotionis.



Hh 4

NICO.